S. EPIPHANI SALAMINIS IN CYPRO EPISCOPI DE 12. GEMMIS RATIONALIS SUMMI...

Epiphanius santo (santo), Pietro Francesco Foggini

S. EPIPHANIUS
DE
XII. GEMMIS.

S. EPIPHANI

Salaminis in Cypro Episcopi

DE XII. GEMMIS RATIONALIS

SUMMI SACERDOTIS HEBRAEORUM

LIBER AD DIODORUM

Prodit nunc primo ex antiqua versione Latina

OPERA ET STUDIO

P. FRANC. FOGGINII

Qui & Notas adjecit.



ROMAE, TYPIS ZEMPELLIANIS AN. MDCCXLIII.

PRAESIDUM ADPROBATIONE.

BENEDICTO XIV.
PONTIFICI MAXIMO
PRINCIPI AUGUSTO

PETRUS FRANCISCUS FOGGINIUS
D. D. D.

QUOD felix, faustum, fortunatumque sit, en iterum ad Tuos Pedes provolvor, BEATISSIME PATER, libellum meum Numini, Majestatique Tuae dedicaturus. Continet hic haud inelegans S. EPIPHANII Salaminis in

Cypro

Cypro Episcopi de Gemmis duodecim Rationalis Aaronici *Opusculum*, *quod non solum mea opera nunc primum editur*, *sed etiam meis animadversionibus*, *varioque commentario illustratur*. *Porrò etsi verebar*, *ne temere fieri videretur*, *ad Te cum hoc munusculo accedere*; *tamen Clementia illa Tua*, *qua* Exercitationes de Romano D. Petri itinere, & Episcopatu *excepisti*, *Tuaque illa plane singularis Humanitas*, *qua*

Meas esse aliquid putare nugas

minime es dedignatus, *timentem me erexit*, *nec passa est*, *ut hanc*, *venerationis*, *& observantiae meae significationem Tibi dare praetermitterem*. *Praeterea ex eo etiam animosior ad Te venio*, *quod existimem*, *libellum Tibi me sistere*, *licet ex iis*, *quae a me scripta habet*, *fortassis nulla*

ratio-

ratione commendandum, haud certè indignum Te, quod Sanctissimi aeque, ac doctissimi Ecclesiae Patris opus exhibeat, & illud a veteribus Scriptoribus, praecipue vero ab HIERONYMO *non vulgari commendatione celebratum. Quid autem quod ex Vaticana Bibliotheca erutum est? Demum cum anecdotorum Syllogen in lucem emittere constituerim, variosque in libros variis principibus viris dedicandos distribuere, illud, quod primum tenere locum volui, cuinam potius consecrarem, quam Tibi mortaliam omnium Dignitate maximo, & Auctoritate? Itaque, cum haec ita sint, tali dedicatione, satis probato officio me fungi arbitror, & illud Te in bonam partem accepturum fore, & aequis oculis visurum non diffido. Sic Sospitator Deus plus,*

plus-

plusque Te sospitet: sic difficillimis hisce temporibus Augustior semper videare: sic

Serus in Caelum redeas, diuque
Laetus intersis Populo Quirini,

ut hic, & tota Christiana Respublica, Te, cui in doctrina, cui in virtute, atque humanitate percipienda plurimum semper studii fuit, & temporis, Auspice, Duce, & Principe, experiatur, & sentiat diu, jure & vere summum illum Philosophum Platonem pronunciasse, tum denique fore beatas Respublicas, si aut docti, ac sapientes homines eas regere coepissent, aut ii, qui regerent, omne suum studium in doctrina, ac sapientia collocassent. Haec ego, ut Tibi benemerenti accidant, rite adprecor, & libens.

PRAE-

PRAEFATIO.

S. HIERONYMUM testem nobis esse, quod S. EPIPHANIUS Librum scripsit de Gemmis XII. Rationalis summi Sacerdotis Hebraeorum.

§. I.

SAnctum EPIPHANIUM, Constantiae, seu Salaminis in Cypro Episcopum, virum omnium virtutum genere, & multiplici doctrina clarissimum, Aerae Christianae saeculo quarto magnum Ecclesiae Graecae praesidium, & decus, Librum quemdam scripsisse *de gemmis* XII. *Rationalis summi Sacerdotis Hebraeorum* testis est nobis, vir summa auctoritate, & religione, & fide, S. HIERONYMUS, qui in epistola ad Fabiolam, a qua, ut *de Aaron sacerdotio, & vestimentis scriberet*, rogabatur, postquam nonnulla de Rationali commentatus fuerit, subdit: *Sufficiat, quod & sanctus Papa* EPIPHANIUS *egregium super hoc volumen edidit, quod si legere volueris, plenissimam scientiam consequere.*

Neque vero solum in hoc loco, sed alibi quoque hujusce Libri ab EPIPHANIO scripti testimonium dat S. HIERONYMUS. *Libro* XV. *Comment in cap.* LIV. ISAIAE ait: *De natura autem duodecim lapidum, atque gemmarum non est hujus temporis*

poris

poris dicere, cum & Graecorum plurimi scripserint & Latinorum, e quibus duos tantummodo nominabo, virum sanctae & venerabilis memoriae Episcopum EPIPHANIUM, *qui insigne nobis ingenii, & eruditionis suae reliquit volumen, quod inscripsit* περὶ λίθων, *& Plinium &c.* Demum *lib.* IX. *Commentariorum in cap.* XXVIII. EZECHIELIS illud etiam memorat, nempe librum ab ipso EPIPHANIO se accepisse dono: *Super quibus* [de gemmis Rationalis loquitur] *& vir sanctus*, EPIPHANIUS *Episcopus, proprium volumen mihi praesens tradidit.*

Libri de XII. *gemmis ab* EPIPHANIO *scripti extare fragmenta apud* FACUNDUM *Hermianensem, &* ANASTASIUM *Sinaitam.*

§. II.

Porro nec desunt alii scriptores antiqui, qui Libro EPIPHANII περὶ λίθων usi fuerint, & eos recensere aequum bonumque esse nullus dubito, non tantum, ut Libri illius pretium magis magisque appareat, sed etiam ut tempora, quibus ille prae litteratorum hominum manibus fuit, innotescant.

Itaque FACUNDUS Hermianensis in Africa Episcopus *capite* II. *libri* IV. ex duodecim illis, quos medio circiter sexto Ecclesiae saeculo *pro Defensione Trium Capitulorum Concilii Calchedonensis ad Justinianum Imperatorem* obtulit, & nos typis editos habemus cura & studio SIRMONDI, epistolam Latine vertit, ac refert, qua liber hic Diodoro Episcopo ab EPIPHANIO dedicatur, utpote qui eodem Diodoro volente conceptus, & exaratus.

FAÇUNDO ferme aequalis fuit ANASTASIUS ille Sinaita, qui Antiochenam Cathedram est adeptus An. Chr. DLXI. & hic quoque *Quaest.* XL. ubi de vestibus Sacerdotis Summi Hebraeorum sermonem habet, omnia illa, quae EPIPHANIUS in Libro *de gemmis* narrat, in epitomen contrahit sub hoc titulo: Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου περὶ τῶν ἐν τῷ λογίῳ τοῦ ἱερέως ἱματ-

ἐμπεπηγμένων ἐϛ. λίθων. *S. Epiphanii de duodecim gemmis in Rationali Sacerdotis infixis*. Et iterum *Quaest.* XLV. de Samaritanis loquens ex eodem libro plura describit: hic tamen eum laudat sub hoc alio titulo: Ἐπιφανίου ἐκ τῶν πρὸς Διόδωρον. *Epiphanius ad Diodorum*.

ANDREAM & ARETHAM *Caesareenses Archiepiscopos* EPIPHANII *Libro de* XII. *gemmis esse usos in suis ad Apocalypsin Commentariis*.

§. III.

Praeterea EPIPHANIUM *de gemmis* bis laudatum offendi commentarios illos in Apocalypsin legens, qui licet, LAMBECIO teste *lib.* IV. *Commentariorum Bibl. Caesareae Vindobonensis &c.* adtribuantur ORIGENI in Cod. CLXXIII. & Cod. CLXXIV. cuidam METHODIO Monacho, nec desit quidam etiam Codex a MONTFAUCONIO memoratus *Diar. Ital. pag.* CCXXI. eos tribuens ANDREAE Cretensi, tamen, ut recte monet OVDINUS in *Commentario de Scriptoribus & scriptis Ecclesiasticis &c. tom.* II. *pag.* XCIV. ANDREAE Caesareensi in Cappadocia Archiepiscopo, sub cujus nomine editi primum sunt a PELTANO, major & melior Codicũ pars adjudicat; & eos inter (ne aliorum studio jam notos factos commemorem) qui sub manu mihi est, Codex in papyro nitide scriptus, Manuscriptorũ Bibliothecae Corsinianae DCCCXXVIII. Incipit hic: ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ Ἀνδρέου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, Ἑρμηνεία εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ ΙΩΑΝΝΟΥ τοῦ θεολόγου. SANCTI PATRIS NOSTRI *Andreae Archiepiscopi Caesareae Cappadociae Commentarius in Apocalypsin Sancti Apostoli & Evangelistae* JOANNIS *Theologi*. Incerta est ANDREAE Caesareensis aetas; multo tamen probabiliter ex conjecturis, quas OVDINUS congessit, consuaderi arbitror nono seculo scripsisse. Locus autẽ, in quo EPIPHANII Librum *de gemmis* laudat, est *cap.* X. ubi de lapide Sardio loquens ait: λέγει δὲ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος τοῦτον τὸν λίθον ἰατρικὴν οἰδήματα τε καὶ τὰς ἀπὸ σιδήρου πληγὰς ἐπιχειρούμενον: *sane, ut*

magnus EPIPHANIUS *dicit*, *non modo tumoribus*, *si commode adhibeatur*, *medetur*, *verum etiam ferro illatis vulneribus*. Et *cap.* LXVII. postquam duodecim lapides, quos S. JOANNES nominat *Apoc. cap.* XXI. secundum varium eorumdem colorem, aut vim singulis Apostolis accommodaverit, subdit: ταυτα δε εκ των του αγιου Επιφανιου περι λιθων ηρμηνευσε, ης ιασπις (ως αυτω), τοις Φυλαρχαις του Ισραηλ προσαρμοσαμενου &c. *Haec autem ex iis in medium adtulimus*, *quae* S. EPIPHANIUS *de lapidibus istis disseruit*, *Tribuumque Israelis Principibus accommodavit &c.*

Porro, quae primum ex *cap.* x. *Commentariorum* ANDREAE retulimus, alius quoque Caesareensis Archiepiscopus decimo Ecclesiae saeculo ineunte clarus ARETHAS nomine, repetit *cap.* item x. *Commentariorum* in eumdem S. JOANNIS librum Apocalypseos, quos nimirum ita concinnavit, ut non solum sententias, sed ipsa etiam verba saepe saepius transcribat ex illis ANDREAE, quibus, cum eos auctor imperfectos reliquisset, ultimam etiam manum jam imposuerat, si fides habenda est Calligrapho interpretationis Armenae *Commentariorum* ANDREAE, quae ms. exstat in Bibl. Regia, ut comperi ex ejus mss. Codicum Catalogo *Tom.* I. *pag.* LXXVII. Etiam *cap.* LXXVII. utitur quidem ARETHAS iis, quae ANDREAS ex EPIPHANII eruditione acceperat, sed non ut ille in eo quoque capite eum nominat.

Atque hoc loco non incommodum videtur, non praeterire, quam habemus *Commentariorum* ANDREAE versionem Latinam a PELTANO factam *cap.* x. Sardio virtutes dare, quas Graeco textu non invito, multo fatius Jaspidi tribuisset. *Apocalypseos cap.* IV. *vers.* III. Jaspidi & Sardio Deus comparatur: *Qui sedebat similis erat aspectui lapidis Jaspidis*, *& Sardinis*. ANDREAS optime adnotat: ως μεν ιασπιδι ομοιωθεις, ως χλωραι (ειπε,) αμα τε θαλλουσι και φερεσβιον και ζωης χορηγον της θειας φυσεως, δια το παν σπερμα χλοηφορειν, προς αυτης δε, ην φοβεραν τοις υπεναντιοις. φασι γαρ την ιασπιν, φοβεραν ειναι θηρσι και φασμασι. μετα τουτο δε, ως την επιδεχομενην την ψυχικην ιασιν, ο θεραπευων. λεγει γαρ ο μεγας Επιφανιος, ως τον λιθον ταυτον αυξειν οιδηματα τε και τας απο σιδηρου πληγας.

[illegible] , [illegible] : nempe, ut PELTANUS vertit: *Jaspidi quidem, quod is viridis exsistat, suaque viriditate Divinae naturae symbolum praeseferat. Haec namque semper floret, & viret, vitamque & escam viventibus omnibus praestat. Sed & omne quoque terrae semen viridem herbam fundere solet. Assimilatur ad haec Sardio, ob terrorem, quem hostibus incutere natus est. Ajunt namque Sardium feris spectrisque terribilem videri; vel praeterea, quam natura insitam habet, aegra corpora sanare solitum. Sane, ut magno Epiphanio placet, non modo tumoribus, si commode adhibeatur, medetur, verum etiam ferro illatis vulneribus*. Itaque audacter nimis dictum puto a PELTANO: *assimilatur ad haec Sardio &c.* cum in Graeco vox *Sardio* non sit; & contra Graeci textus fidem sunt illa: *ajunt namque Sardium &c.* Graecus enim textus habet: [illegible]. De Sardio tum primum loqui ANDREAS videtur, cum ait: [illegible] &c. & si quis velit post haec deesse aliquid, non pugno. Emendationis autem ratio ex EPIPHANIO, quem ANDREAS eo loci sequitur, praecipue constat. Hic neutiquam de Sardio, cui solum sanandi, & fugandi mala virtutem tribuit, sed de Jaspide praedicat feris spectrisque terribilem videri scribens: *hunc, ut ajunt, qui fabulosa referunt, bestiae in agro metuunt, aliaque portenta*. Quocirca ANDREAE mens, quod spectat ad comparationem, qua utitur Apostolus JOANNES, ea esse videtur: Jaspidem tum naturae, tum potentiae, & justitiae, Sardium vero misericordiae Dei esse Symbolum, qui semper idem est, qui fortiter, suaviterque omnia disponit, & iram sicut misericordiam effundit.

Porro quod de *Commentariis* ANDREAE diximus, pro emendatione etiam *Commentariorum* ARETHAE facere volumus, ita ut animadvertamus, aut eorum Graecum textum cum Latina versione esse reformandum, aut ARETHAM, quae EPIPHANIUS distinguit, EPIPHANIUM dum laudat, turpiter confudisse.

PRO-

PROCOPIUM Gazaeum ex Libro EPIPHANII de XII. gemmis, quae de montibus Garizim & Gebal memorat descripsisse: THEOPHANEM autem Cerameum, quae narrat de Samaritanis.

§. IV.

Sed ut illuc, unde haud temere discessimus, revertamur: igitur HIERONYMUS, FACUNDUS Hermianensis, ANASTASIUS Sinaita, ANDREAS, & ARETHAS Caesarenses Archiepiscopi, ii omnes sunt, quos Scriptores inter antiquos mihi contigit invenire usque adhuc S. EPIPHANII Librum *de gemmis* diserte laudantes. At vero invenisse certe arbitror & alios duos, qui eo usi sunt, licet tacito EPIPHANII nomine relicto, PROCOPIUM dico Gazaeum, & THEOPHANEM Cerameum Taurominii Archiepiscopum.

PROCOPIUS Gazaeus gente, arte vero Sophista, Justino Thrace imperante claruit an. Ch. circiter DXX., & cetera inter ejus scripta, exstat adhuc luculentissimus in OctateuchumCommentarius ex Orthodoxorum Patrum scriptis singulari delectu ab eo exceptus, summaque contextus industria, qui laudatur a PHOTIO *in Bibl. Cod.* CCVI. & prodiit jam Latinus Tiguri an. 1555. Aliis Graecis Latinisque, ut vocant, Catenis adnumerari hic certe debet, Commentariis nempe illis in Sacras Litteras ex scriptis variorum Auctorum collectis: & quamvis talesCommentarii cuique auctoritati Auctoris sui nomen adscribere soleant, quod in *Comment.* PROCOPII minime apparet, ingenuus tamen PROCOPIUS fatetur ex libris veterum eum collegisse; & nomina Auctorum adponere ob illud fortasse praeteriit, quod eorum auctoritatibus ita utatur, ut modo brevius sententiam comprehendere, modo vem alio deductas res eis interserere, religioni sibi nequaquam ducat, quomodo quidem animadvertere est pag. CCCCXXXIX. ubi *Deuteronomium* illustrans ad v. XXIX. *cap.* XII. apposite in multis epitomatum, in multis etiam integrum describit quie-

quicquid EPIPHANIUS in hoc Libro disputat de situ montium Garizim & Gebal: alio tamen desumtum interserens numerum Sacerdotum abscondentium Idola, quos *septuaginta* fuisse refert; & ubi EPIPHANIUS ait, Garizim habuisse gradus *plurimos, & ut ajunt quidam, mille quingentos & supra*, iste hos gradus fuisse scribit *mille sexcentos & unum*. Praeterea docet Somoron fuisse antiquum nomen montis illius, ad cujus radices Sichem erat: sed fortasse ex ipso EPIPHANIO id colligi putavit; quod autem scribit de intervallo a Galgal ad Jericho in Libro, quem edimus, certe non apparet, sed in illo, quo unico uti debuimus, librarii oscitantia praetermissum esse videtur. Exstant autem in hoc PROCOPII Commentario & quaedam alia, quae ex EPIPHANII Libro *de gemmis* accepta si quis conjectet, adversari nolo, nempe illa, quae afferuntur a PROCOPIO ad *Exodum pag.* CCCII. & exponunt quid mystice Rationale Aaronicum significaret. EPIPHANII ingenium ea quidem minime dedecent, & in eo Libro EPIPHANIUM persecutum esse mysticam Rationalis, & pretiosorum ejus lapidum significationem indubium est, cum ipse in Epistola Libro praefixa hoc quoque in eo sibi proponat pertractandum. Certiores rei ipse Liber nos facere posset, sed mancum invenimus. Si quando inveniatur integer, fortassis & quae HIERONYMUS de Mysteriis Rationalis scripsit, mutuasse illinc intelligetur. Praetereo è diversis locis collectas HIERONYMI sententias in hanc rem, quod jam collegerit LIPOMANNUS in sua Catena *ad Exodum pag.* CCLXXXVII. Sed haec omittamus.

Venio nunc ad THEOPHANEM Cerameum Tauromini Archiepiscopum, & Rogerio II. Siciliam obtinente illustrem, ut probat OUDINUS *in Comment. &c. tom.* II. *col.* CIↃIↃCLXXXV. Scripsit hic Homilias plures, quas Graece & Latine edidit Parisiis an. CIↃIↃCXLIV. FRANCISCUS SCORSUS S. J., & has inter trigesima ea est, in qua, ubi de Samaritanis agitur, ex EPIPHANII libro *de Gemmis* multa esse compilata videntur.

tur. Certe cum iis, quae ille narrat, omnino concordant, quae narrat THEOPHANES, si excipias, quod hic Oratorum more verbosior rem exprimit, ornatiorique oratione.

Jam vero dummodo haec, quae de THEOPHANE dixi, vana non sim auguratus conjectura, THEOPHANES igitur recentior est Auctor, quem EPIPHANII Libro *de Gemmis* usum esse novi. Puto autem jam tum rarum fuisse factum, quum ne PHOTIUS quidem ejus meminerit, & jamdiu quidem ita erat ignotus, ut doctissimi critici lugerent, ut perditum, fere ac Librum illum, quem de eadem re scripsit SEPTIMIUS TERTULLIANUS secundum indicem operum ejus, ubi eum adnotatum invenisse se tradit HIERONYMUS *in Epistola ad Fabiolam* superius quoque laud., quae in *Ed. Veron. &c.* est LXIV.

De Epitome Libri S. EPIPHANII de XII. gemmis a GESNERO edita, & de alia ab ANASTASIO Sinaita exarata.

§. V.

Edidit sane CONRADUS GESNERUS in collectione Librorum *de omni rerum fossilium genere* agentium Tiguri anno CIƆIƆLXXXV. opusculum quoddam *de gemmis* XII. *Rationalis*, & EPIPHANIO adtribuit, sed licet illud & postea pluries sub eodem nomine typis recusum fuerit, haud tamen aliud revera erat, quam Epitome Libri de eo argumento ab EPIPHANIO conscripti, etsi aliquanto prolixior Epitome alia, quam cum interpretatione TURRIANI accepit a SCHOTTO, ediditque in sua Operum S. EPIPHANII editione PETAVIUS *tom.* II. *pag.* CCXXIII., & deinde deprehendit meram esse ANASTASII Sinaitae Epitomen, quae extra corpus operis ANASTASII, & in nonnullis Vaticanis Codicibus descripta legitur, fortassis quod cum perrarus ipse EPIPHANII Liber factus esset, illa ejus Epitome in pretio maxime haberetur; nisi quis malit, immovero Epitomen ANASTASII, aut illam aliam a GESNERO editam, cujus auctorem ignoramus, Libro

EPI-

EPIPHANII adtulisse perniciem, quemadmodum solent primigeniis libris adferre hujus generis scripta.

Quamobrem JOANNES ALBERTUS FABRICIUS, licet nemini in librorum cognitione secundus, *lib.* V. *Bibl. Graecae cap.* XI. §. IV. *n.* VII. injuria quidem pronunciat, *Cavemus praeter rem librum de lapidibus inter inedita Epiphanii retulisse*, & ipse quidem potius reprehendendus est, qui Epitomen pro Libro ipso EPIPHANII minus cautus accipiens, illum fuisse editum asserit a PETAVIO *tom.* II. *Op.* S. EPIPHANII, & a MATTHIA HILLERO *in libro de* XII. *Gemmis in Pectorali Summi Pontificis*, nec non *in Syntagmatis ejus Hermeneuticis*. Praeterea vero male etiam docet, GESNERUM edidisse Epitomen ab ANASTASIO Sinaita confectam, & a PETAVIO quoque editam *tom.* II. *pag.* CCXXXIII., cum GESNERUS illam aliam ediderit, quae apud PETAVIUM exstat *pag.* CCXXV. Demum illud quoque adjicit FABRICIUS, eos falli, qui librum *de Gemmis* EPIPHANIO abjudicant, & rectè quidem de hoc censet, si qui forte sint, qui EPIPHANIUM in hanc rem scripsisse aliquid negent, sed qui EPIPHANIO, quod ipse EPIPHANII esse sibi consuadet, abjudicant, minime quidem falluntur.

Opusculum *de Gemmis* a GESNERO, aliisque editum, jamdiu profecto brevitate sua aliud se esse prodiderat, ac librum illum, quem HIERONYMUS *insigne volumen* dixit, & aptissimum, unde *plenissimam de Rationali Aaronico scientiam consequi* Fabiola potuisset. Quid quod neutiquam ab Epistola incipit, unde primigenium EPIPHANII Scriptum initium sumsisse testis erat FACUNDUS Hermianensis?

Sed haec sunt quidem talia, ut nullus emunctae naris homo, ad rem propius accedens, dubitare debuerit, jure & merito ab EPIPHANIO abjudicandum esse, quod sub ejus nomine circumferebatur opusculum *de Gemmis* a GESNERO vulgatum; crassiores tamen litterati rei certiores fieri luculentius non poterant, quam si ob eorum oculos poneretur primigenius ipse S. EPIPHANII Liber, ubi eum, ut modo factum est, reperire contigisset.

De Codicibus mss., unde eruta est Latina versio Libri S. EPIPHANII *de Gemmis; & quid praestitum sit in ejus editione.*

§. VI.

Locus, ubi illum offendi primo, chartaceus Codex est in fol. ex mss. Codicibus Bibliothecae Corsiniorum DCCCXVII. quem non aetate quidem, quae vix c. annos superare mihi videbatur, sed rebus, quas primo statim intuitu continere intellexi, considerandum ratus, diligenter evolvi, nec vanus sensi integrum antiquissimi alicujus codicis exemplum esse: ea enim opinione Bibliothecam Vaticanam consulens, ditissimum veterum mss. thesaurum, codicem vere pretiosum, unde Corsinianus, aliique huic similes in eadem Vaticana Bibliotheca a me visi, exorti sunt, adservatum inveni.

Est hic in charta pergamena in fol., & notatur numero MMMMDCCCCLXI. praeter illud autem, quod edimus, opusculum, multas Romanorum Pontificum, & Imperatorum Epistolas continet, quarum seriem diligentius evolvisse minime piget, deprehendi enim mea cum voluptate, bono autem non meo solum, ut puto, sed communi omnium, eum esse Codicem Vaticanum, ex quo BARONIUS pulcherrima Christianae antiquitatis monumenta ad tertii, & quarti saeculi Ecclesiae historiam illustrandam in suos Annales derivavit, eum saepe Vaticanū Codicem appellans, interdum vero *pervetustum Codicem Vaticanum, in quo scriptae sunt Epistolae complurium Romanorum Pontificum*, ut ad an. Ch. CCCLXVIII. §. II. & modo *Codicem illum, ubi descriptae habentur plures Pontificum Romanorum Epistolae*, ut ad an. CCCLXXXI. §. I. & CCCLXXXV. §. V. Quod autem exhibet primum, libellus est Schismaticorum Marcellini atque Faustini, quem hinc sane descriptum vulgasse videtur SIRMONDUS, & hic certum est quidem vidisse BARONIUM, qui ad an. CCCLXV. §. XIX. ait: *Id quidem ex ipso Schismaticorum libello Marcellini atque Faustini*

col-

colligitur, quem antiquitus scriptum Vaticana Bibliotheca nobis exhibuit.

Erat olim iste Codex celeberrimi Card. GUILLELMI SIRLETI, secundum quod nota quaedam admonet, quae in prima pagina occurrit: *Emptum ex libris Cardinalis Sirleti*. In ultima autem pagina adnotatum est, eum fuisse jam Monasterii Sanctae Crucis Avellanae, & acquisivisse DAMIANUM: sub altera enim hujusce paginae, ut ajunt, columna legitur: *Liber est Monasterii S. Crucis Fontis Avellane Eugubine Dioecesis:* sub altera: *Hunc librum acquisivit Don Damianus S.* ✠.

Porro haec ultima nota antiquissimis litteris exarata, Codici ex iis, quae continet, longe pretiosissimo, plurimum sane auget & pretium & decus, cum certae antiquitatis eum faciat; nam, etsi plusquam septingentorum annorum aetatem statim redolet, tamen tali nota rem ita esse certo judicio cognoscimus. Ecquem nam, statim ac talem Codicem Monasterio S. Crucis Avellanae acquisitum a DAMIANO fuisse intellexerit, PETRUS ille DAMIANUS non subit sanctitate vitae, magistratibus, & scriptis celeberrimus, qui monasticam vitam in illo Monasterio iniit, & medium circiter saeculum Ecclesiae undecimum illi praefuit?

Verum quae quidem mala obvenerunt alite illa sunt, non integrum EPIPHANII Librum, sed ejus partem, praeterea non Graecum contextum, sed Latinam versionem tantummodo in Vat. Codice exhiberi, & hanc saepe minus felicem, ita ut barbariem suam non solum in vocabulis prodat, sed interdum etiam contra leges Latinae grammaticae peccare videatur. Sed hoc cum non raro Scriptoris potius vitio, quam interpretis existimaverim factum, crassiores quosdam soloecismos typis committere minime passus sum, & quod ad Orthographiam spectat, quae magis communis apud doctos homines nunc est, passim adhibui, illam Codicis servans nonnullis solum in locis, ubi visa est mihi Philologorum animadversione non indigna. Porro loca corrupta, quae restituere

difficile non fuit, restitui quidem, sed ea, quae non sine aliquo additamento restitui posse arbitrabar, & quae aut non erat, aut non subiit restituendi modus, in mendo cubare reliqui, interdum ea esse corrupta in Notis monens, interdum tamen ne hoc quidem praestans, utpote illius minus solicitus, quod tale noveram, ut aequus Lector nec velit, nec nolit.

Quod spectat ad contextum Graecum, de eo inquirere non omisi, adhuc tamen factum est frustra. Cum apud MONTFAUCONIUM *Diar. Ital. p.* ccxv. ubi Bibliothecam Monachorũ S. Basilii Romae, festivissima mss. Graecorũ Codicũ copia PETRI MENNITII studio locupletatam describit, legissem: *Epiphanii ad Diodorum Epistola*: in magnam spem reperiendi illum veneram, sed inanis spes ista fuit, quod revera nulla reperire sit eos inter Codices Epistola EPIPHANII ad Diodorum, sed solum Cod. xx. & xcix. Epistolam exhibent illam ad Diodorum Tarsi, quae disserit de Matrimonio cum sorore uxoris mortuae, & in novissima editione Operum S. BASILII, qui ejus est auctor, reperitur *tom.* III. *pag.* ccxLIX. Interea tamen admonere non praeteribo, quod si quis umquam ad novam Operum EPIPHANII editionem Graecam & Latinam adornandam animum manusque admoverit, quod futurum non dubito, cum PETAVII illam negligentius esse factam neminem lateat, ubi integer Libri *de Gemmis* contextus Graecus nequedum inventus sit, ad Latinam ejus versionem, quam edimus, Graeca verba non raro apponere poterit, si utramque Epitomen consulat, & Sacras Litteras a LXX. in Graecum versas, demum Graecos illos Scriptores, qui eo Libro usos esse dixi.

De pretio, & usu Fragmenti Libri de Gemmis EPIPHANII, *quod exhibet Codex Vaticanus.*

§. VII.

At vero, quod certe incommodum accessit maximum illud est, in Vaticano Codice EPIPHANII Librum exhiberi mu-

ti-

tilum. Quid tamen facerem? Edidi qualem inveni, & neminem sane fore puto, qui velit idcirco anecdoton despectui habendum me edidisse. Quod prolixioris operis fragmentum edam non integrum opus, caussa neutiquam talis est, ut quispiam merito me, & hunc Libellum meum calumniari possit & damnare. Nam praeterquamquod hujus fragmenti auctoritate certiores facti sumus, nequaquam EPIPHANII esse opus, qui sub ejus nomine editus fuit a GESNERO, aliisque *de* XII. *Gemmis Rationalis Aaronis* Liber, quod quidem unum me facile tuetur, & curam meam, qualiscumque illa fuerit, commendat: enimvero SS. PP. scripta ea sunt, ut non solum quodcumque illorum insigne fragmentum, quale est a me editum, sed qualecumque, & operam nostram, & publicam lucem mereatur.

Quod si gravissimi homines dignam se operam existimarunt veterum Poetarum, ceterorumque profanorum scriptorum fragmenta colligere, & vulgare, quis est non infirmo, ne dicam optimo, & splendidissimo, ingenio praeditus, qui non praeclare m gis commendandum arbitretur studere, ne lateant reliquiae quaecumque earum rerum, quas SS. Patres ut monumentis mandarent litteris consignarunt: praecipue vero si de illis loquimur Patribus, qui amplioris eruditionis, & doctrinae laude celebrantur, qualis certe est EPIPHANIUS?

Quid? Nonne ille ipse *de* XII. *Gemmis* Liber praecipuo honore habendus erit, qui *egregium & insigne ingenii & eruditionis* EPIPHANII *volumen* dici meruit? Quid? Nonne in hoc etiam istius Libri fragmento plura sunt satis diligenter, atque subtiliter pertractata: & aliquid etiam a nemine fortassis alio acceptum hactenus, quale esse videtur illud de nomine, quo Samaritanae Litterae, & Hebraeorum appellabantur?

Demum multi olim *de Gemmis* scripsisse scimus, quorum longa apud HILLERUM exstat series, sed jam ferme

om-

omnes tulit aetas, quocirca eo quoque magis plurimi hic aestimandus est S. EPIPHANII Commentarius, ubi de duodecim pretiosioribus Gemmis copiose differitur. Nec volo indictum sanctissimum virum non solum eruditionem suam in hoc opere luculenter ostendere, sed prudentiam quoque; cum enim miras singulis Gemmis adsertas virtutes referat, ingenuus fabulosas passim vocat, ita ut liceat hinc haud levi conjectura augurari, quae alias minus vera profert ex libris hausisse apocryphis, quibus cum pietatem fovere viderentur, multa adhuc erat auctoritas, nec facile aut tutum erat adversari, eorum mala fide neque dum satis comperta atque probata. Imposuerunt Libri isti aliis quoque multis doctissimis viris primaevae Ecclesiae; mendacium enim bene conceptum, callideque vulgatum sagaciores etiam homines interdum fallit, neque principio, sed procedente tempore, quale est, solet tuto cognosci. Accedit, quod cum libris illis vulgo ab Haereticis haberetur fides, fortassis & illis quoque proficiendum esse in disputationibus contra Haereticos credebatur. Haec autem admoneo non inconsulto. Non deerunt in Auctorum errores inquirentes homines, non ut caveant, sed ut vituperent, homines vaniloqui, & maledicendo famam & gratiam otiosorum aucupantes, qui Librum hunc, EPIPHANII nomine audito, contemnant; verum si recte existimemus, peccavit sane non semel in Chronologicis EPIPHANIUS, & interdum minus certis narrationibus nimis fidit, tamen haec, a quibus fere nemo expers omnino fuit ex iis praesertim, qui multa scripserunt, ejus existimationis & auctoritatis quidquam detrahere minime valent, & fateamur nihilosecius oportet, ejus scripta veterum Monumentorum Ecclesiae fodinam esse, ut ita loquar, locupletissimam, & plane dignam, ut eorum Auctor *apud Graecos inter magnos* haberetur, ut quidem habebatur, referente AUGUSTINO in Libro *de Haeresibus ad Quodvultdeum haer.* LVII., & quorum pigere minime debuerit viri Hebraicis, Syriacis,

Grae-

Graecis, Latinis, Aegyptiisque litteris eruditus, qualis erat EPIPHANIUS, idcirco πεντάγλωττος ab HIERONYMO praeclare dictus *in Apol. 1. adv. Rufinum*.

De Notis adjectis ad Librum EPIPHANII *de Gemmis*.

§. VIII.

Est autem nunc a loco minime alienum & de meis animadversionibus in Librum EPIPHANII pauca dicere. Eas igitur adposui, quas aut necessarias, aut multum utiles ad sententiam intelligendam ratus sum, aut saltem futuras non ingratas, vel quod in eis antiquum aliquem, aut recentem scriptorem emendarem, vel quod aliquid rari eis interserere contigerit, aut a nemine alio, quod scirem, satis luculenter pertractatum. Ceterum multo quidem plures afferre potuissem, si de coloribus, speciebus, veris fictisque virtutibus cujuscumque lapidis, & de aliis hujus generis rebus disserere voluissem, sed abstinui consulto, ne supervacaneam rem fecisse, & ne hypocrisim quamdam scientiae, cum tamen omnis ostentationis suspicio ingenuo cuique homini vitanda sit, affectasse viderer. Scilicet Epitomen Libri hujus EPIPHANII doctissimi jam viri illustrarunt, CONRADUS GESNERUS Corollario post eam addito, & MATTHAEUS HILLERUS perpetuis notis exornans, eaque omnia, quae SALMASIUS in *Exercitationibus Plinianis* de illa adnotat, suis locis adponens; de Gemmis autem Rationale Aaronis exornantibus Sacrarum Litterarum interpretes, & de Hebraicis Antiquitatibus tractantes Scriptores agunt omnes, & BRAUNIUS de singulis singulari capite ita subtiliter, & copiose disserunt lib. II. eruditissimi Operis, quod *De vestitu Sacerdotum Hebraeorum* scripsit, ut nihil desiderandum sit exquisitius.

At enim, jejune tamen & nimis exiliter dictum est in notis de Diodoro illo, cui Librum *de Gemmis* EPIPHANIUS dica-

dicavit. Nempe hic fore futurum, ut de eo commodius, & paullo liberius ageremus, arbitrabamur: neque enim levis, aut illepidae disputationis argumentum esse videtur.

Cuinam Diodoro Episcopo, Librum suum de Gemmis EPIPHANIUS *dedicaverit.*

§. VIII.

Auctor nobis est FACUNDUS Hermianensis, Diodorum illum non esse alium, quam celeberrimum Episcopum Tarsi, cujus auditor Theodorus Mopsuestenus fuit, & S. Joannes Chrysostomus; titulus autem Epitomes a GESNERO editae Diodorum Episcopum Tyri eum vocat: Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου πρὸς Διόδωρον Ἐπίσκοπον Τύρου περὶ τῶν δώδεκα λίθων &c. Neque vero addubitare licet ne aut Codicis Gesneriani scriptor, aut GESNERUS ipse Τύρου pro Ταρσοῦ acceperint scriptionis similitudine decepti. Multi sunt in Vaticana Bibl. mss. Codices, qui varias Libri EPIPHANII *de Gemmis* Epitomes continent, sed solum duo in titulo Diodorum nominant, nempe Codex LXXI. inter eos, qui Christinae Svecorum Reginae erant, *pag.* LXXXII. & Codex XXXIX. inter eos, qui erant Pii II. *pag.* CCXXVII. & uterque habet Τύρου. In *Catalogo* etiam mss. Codicum Bibl. Regiae, *tom.* II. *pag.* CCCCII. inter cetera, quae indicantur esse in Cod. MDCCLXXXII. memoratur: *Epiphanius Episcopus Cypri ad Diodorum Tyri Episcopum de duodecim lapidibus in vestibus Aaronis*. Itaque quaestionis hujus status nascitur: erraverit ne FACUNDUS, an Auctor Epitomes.

Id autem, ut facilius, diligentius, atque distinctius expediamus, in primis optimum profecto erit animadvertere, ut plurimum non esse usos veteres, cum Episcopis scriberent, Episcopatus eorum locum exprimere; cujus rei exemplorum pleni sunt Libri. Epistolam etiam illam, qua cum EPIPHANIUS Diodoro Episcopo Librum *de Gemmis* misit, fuisse talem non solum mos iste suadet, sed praeterea ex eo comprobari

bari existimo; quod talis sit apud FACUNDUM, & talis quoque in Cod. Vaticano, unde ego illam accepi; neque est omittendum, quod etiam ANASTASIUS Sinaita Librum *de Gemmis* laudans sub nomine Libri EPIPHANII *ad Diodorum*, haec solum habet: Ἐπιφανίου πρὸς Διόδωρον. Hoc cognito, tum FACUNDUM, tum Epitomes Auctorem aliunde quidem potius, quam a titulo ipsius Epistolae EPIPHANII, mutuatos esse Diodori Episcopatus nomen, non immerito creditur. Cum autē FACUNDI auctoritas Anonymi scriptoris auctoritati comparabilis esse non videatur, eo magis quod FACUNDUS non multum post EPIPHANII aetatem claruerit, & inter Graecos diu versatus sit, sententiamque illam in libro ad Justinianum Imperatorem, & consulto quidem, ut Diodorum Tarsensem a Sanctis Patribus laudatum fuisse demonstret, inseruerit, quod FACUNDO sit standum, nonne primo intuitu facile in mentem venit, & facile pro aequo habetur & tuto?

Verum contra sentit TILLEMONTIUS, qui FACUNDUM alias quoque Epistolas inferius describendas (duabus potissimum, quibuscum reliquae certe conveniunt, ad detegendū dolum sternentibus viam, & quarum altera ATHANASII est, altera quorumdam Episcoporum Aegypti) ad Diodorum Tarsensem perperam retulisse adeo animose contendit, ut demonstrare se illud putet. Enimvero gravissima sunt, quae ad hoc congerit, argumenta, *Not.* XCVIII., *&* XCIX. *de S. Athanas. &c.* Eorum partem repetit DUPINIUS in *Bibl. Auct. Eccl. tom.* II. *Par.* I. *pag.* CCXXXI.

Quamobrem aut negligentia, aut dedita opera in his peccaverit FACUNDUS, hinc certe plurimum fidei ejus auctoritati detrahitur, unde non semel convincitur in iis, quae ad Diodorum Tarsensem spectant, aut judicio, aut fide carens. Quid quod & de Theodoro Mopsuesteno agens, eum cum Theodoro Tyanensi confundit *lib.* VII. *cap.* VII. ut optime monuit SIRMONDUS? Itaque ergo nulla est caussa, qua miremur, quod etiam Epistolam EPIPHANII ad

 Dio-

Diodorum Tarsensem missam dixerit, cum tamen ea esset missa Diodoro Tyri.

Et quidem, ubi rem diligentius expendamus, licet neque aetas Auctoris Epitomes, neque gens constet, neque eruditio, ejus tamen auctoritatem in hac re nonne illud maxime commendat, quod nulla occurrat ratio, qua ille pro Diodoro Tarsi Diodorum Tyri substitueret? FACUNDUS contra; eo quo ferebatur studio inveniendi, qui Diodorum Tarsensem commendaverint, facile in eum errorem potuit labi, in quem alios multos simili studio abreptos Scriptores lapsos scimus, referendi nimirum in eum, quem commendare studebat, quidquid repererit scriptum in commendationem Episcopi, qui appellaretur Diodorus. Praesentius FACUNDO fuisse videtur periculum, quod ejus aetate Diodorus Tyri minus fortassis notus erat, cum Diodorus Tarsi in ora hominum volitaret maxima quidem cum celebritate, aliis & doctum, & pium praedicantibus, aliis vero ad ejus nominis damnationem adnitentibus, quod Theodori Mopsuesteni, & Nestorii erroribus praetulisse facem existimarent.

Sed haec errare potuisse FACUNDUM, & quidem facile, non autem quod revera erraverit comprobant. His positis, evincitur ad ex auctoritate Codicum Epitomen Libri EPIPHANII *de Gemmis* continentium, qui unanimiter ad Diodorum Tyri esse illum missum nos docent. Confirmatur insuper plenissime, quod conjectare liceat, & accedente Epitomes auctoritate fere evidens fit, prout censet TILLEMONTIUS, ad eumdem Diodorum missam esse EPIPHANII Epistolam, ad quem aliae illae duae Epistolae pertinent, nimirum Athanasii, & Episcoporum Aegypti, de quibus certe satis constat ad Diodorum Tyri pertinere. Stat in eo harum Epistolarum & Epistolae EPIPHANII convenientia, quod in Epistola Episcoporum Aegypti, necnon in altera Petri Alexandrini, tam ATHANASIUS, quum

EPI-

EPIPHANIUS cum Diodoro illo, quem Episcopum Tyri esse pro certo damus, una simul conjunguntur, ubi Episcopi illi recensentur, quibus Apollinarius anathemate ausus est comminari. Nempe hinc Diodorum Tyri & EPIPHANIUM amicos fuisse intelligimus, & in eadem factione conjunctos, eisdemque obnoxios periculis.

Mihi vero haec Diodori Episcopi Tyri cum EPIPHANIO animi conjunctio, nescio quid in mentem revocat, quod puto equidem fortassis non valde ad rem pertinere, sed tamen nihil obest dicere. Constat de EPIPHANII amicitia cum Diodoro Episcopo Tyri: putamusne autem constare etiam de amicitia cum Diodoro Tarsensi? Cum divisa esset tunc temporis Ecclesia Antiochena, duobus Episcopis eam sibi vindicantibus Flaviano, & Paulino, quorum uterque & patronos habebat suos, & sectatores: Flaviano Diodorus Tarsensis impense favebat, EPIPHANIUS autem Paulino: & insuper Diodorus Tarsensis magister fuit Jo. Chrysostomi, quem inter, & EPIPHANIUM haud leves quidem, licet utrinque sancto animo agitatas, inimicitias exarsisse non latet.

Inquiritur in tempus, quo EPIPHANIUS *Librum de Gemmis exaravit, & hinc cum Diodoro Tarsensi dedicatum non esse confirmatur.*

§. IX.

Sed ipsum etiam tempus, quo librum *de Gemmis* ab EPIPHANIO esse scriptum conjicio, FACUNDI errorem, in primis comprobare videtur. Nimirum cum HIERONYMUS Librum suum *de Scriptoribus Ecclesiasticis* scripsit, & nondum EPIPHANIUM *de Gemmis* scripsisse conficio, & jam Diodorum Tarsi morte functum fuisse contendo.

Quod spectat ad illud primum: cum Librum hunc HIERONYMO ab EPIPHANIO esse datum dono sciamus, & facile sit cogitare id contigisse non multum post Libri ejusdem editionem; praeterea vero cum constet ab HIERONYMO

eum plurimi esse factum, ita ut non semel summis laudibus celebraverit data commemorandi illum occasione: ecquis eat inficias verosimillimum esse, quod neque dum scriptus ille esset A. Ch. CCCXCII., quo HIERONYMUS scripsit *Catalogum*, cum ibi ejus non meminerit, ubi de industria Ecclesiasticorum Scriptorum Opera recenset, inter quae etiam illa EPIPHANII? Equidem, cum HIERONYMUS *cap.* CXIV. de EPIPNANIO loquens, postquam ejus opus *de haeresibus* commemoraverit, subjicit: *Superest usque hodie, & in extrema jam senectute varia cudit opera*; seu, ut alias legitur: *opuscula*; inter haec ipsa opuscula Librum etiam *de Gemmis* subintelligendum esse non dubito.

Neque vero quis putet, illud me imprudentem sine animadversione praeteriisse, hanc conjecturam multum roboris amittere posse, nisi constet HIERONYMUM & EPIPHANIUM convenisse posteaquam ille librum *de Scriptoribus Ecclesiasticis* scripserit, & anteaquam eum scriberet, quoniam scimus Librum *de Gemmis* dono accepisse ab EPIPHANIO, cum hic apud eum esset praesens. Animadverti equidem id quoque, sed inde probabiliorem fieri, non infirmari conjecturam meam sensi. Nimirum antea non semel convenisse scimus: convenerunt enim A. Ch. CCCLXXXII., quo EPIPNANIUS Romam venit: & convenerunt A. CCCLXXXV. quo HIERONYMUS in Cypro EPIPHANIUM invisit. Postea vero convenerunt A. CCCXCIV. & convenerunt Bethleem, quod sciens praedico, est enim profecto admonitione dignum, cum mirum in modum ad rem quadret phrasis illa HIERONYMI, qui cum scriberet: *Super quibus & vir Sanctus, EPIPHANIUS Episcopus, proprium volumen mihi praesens tradidit*: certe erat in Bethleem.

Demum conjecturae meae egregie favet quod HIERONYMUS tribus in libris EPIPHANIUM *de Gemmis* laudat, & singulos diu post A. Ch. CCCXCII. exaratos fuisse compertum est. Epistola ad Fabiolam data est A. CCCXCVII., aut supe-

rio-

rioti; Commentaria in ISAIAM scripta sunt A. cccviii., aut ccccx.: & EZECHIELIS Commentaria in ipsa eorum Praefatione post Commentaria in ISAIAM exarata dicuntur.

Jamvero haud minus animose, & probabiliter contendo, cum HIERONYMUS *Catalogum* scripsit, Diodorum Tarsensem mortem jam obiisse. Suadetur hoc, ut TILLEMONTIUS quoque animadvertit *Not.* IV. *de Diodoro Tarsi &c.* ex ipso *Catalogo*, in quo eum in vivis adhuc fuisse HIERONYMUS nequaquam memorat, ut de ceteris omnibus solet; quinetiam ea libertate de illo loquitur, qua si viveret, haud certè loqui esset ausus: scribit enim, saecularium litterarum eum fuisse ignarum, EUSEBIUM Emisenum minus feliciter esse imitatum, demum floruisse quidem magna doctrinae fama, sed magis cum esset Presbyter, quam cum Episcopus fuit. HIERONYMI verba *cap.* CXIX. haec sunt: *Diodorus, Tarsensis Episcopus, dum Antiochiae esset Presbyter magis claruit. Exstant ejus in Apostolum Commentarii, & multa alia ad Eusebii magis Emiseni characterem pertinentia: cujus cum sensum secutus sit, eloquentiam imitari non potuit, propter ignorantiam saecularium litterarum.*

At vero, haud ita est de Diodoro Episcopo Tyri. Nihil est, quo probemus A. Ch. cccxcii. eum e vita excessisse. Acta Concilii Antiocheni, quod celebratum est An. ccclxxix. nec non Acta Concilii Constantinopolitani, quod celebratum est A. ccclxxxi. recensent quidem inter Patres Episcopum Tyri nomine Zenonē; sed jamdiu novimus tunc temporis Episcopos in urbe Tyro duos fuisse; RUFFINUS enim, qui eadem tempestate claruit, postquā *Hist. lib.* II. c. XXI. Antiochenae Ecclesiae infando schismate divisae, duobus in ea Episcopis eodem tempore sedentibus Flaviano, & Paulino, meminerit, ita sequitur: *Hoc idem apud Tyrum fuit; ubi cum Diodorus, unus sane ex antiquis Catholicis Vir, & tentationum documentis probatus, Athanasii testimonio a Confessoribus esset Episcopus factus, modestia ejus contemta, alius a Meletii partibus ordinatur.*

Ex hac autem RUFFINI auctoritate non solum Tyrium Schisma, sed illud etiam opportunissime colligi posse video: Diodorum Tyri A. Ch. cccxcII. Episcopatus annos xxx. ad summum numerare potuisse; Confessores enim illi, a quibus, RUFFINO teste, eum Ordinem accepit, ut recte TILLEMONTIUS reputat *Art.* cx. *de S. Athanasio*, aut ex illis fuisse videntur Episcopis, qui sub Juliano Imperatore ab exilio revocati sunt A. Ch. cccLXII., aut ex illis, qui revocati sunt A. Ch. cccLXIII. imperante Joviano, Ecclesiarum curam gerendi copia eis facta. Equidem in promptu habeo testimonium, quo ostendam, certe A. Ch. cccLIX. sedisse Tyri alium Episcopum, Uranium nomine, cum subscriptum eum inveniam libello de Fide, quem Acacius Caesareensis recitavit in Synodo Seleuciae hoc anno habita. Praeterea Epistola ATHANASII ad Diodorum Tyri mox referenda fortassis non solum se esse datam prodit circa initia Episcopatus Diodori, ut observabimus, sed etiam cum jam Ecclesiae pax foret restituta, quod ex ea liqueat, Diodorum contra haereticos ita libere egisse & strenue, ut eos fregerit, & rectam Fidem in urbe Tyro restituerit. Quare si aetatis, qua tunc temporis eligebantur Episcopi, meminerimus, profecto hoc etiam planum fit, neque annos aetatis, quos Diodoro Tyri oportet tribuere, ubi eum velimus non ante A. Ch. cccxcII. accepisse ab EPIPHANIO Librum *de Gemmis*, ea, quae hactenus disputavimus, infirmare.

Optime in Diodorum Tyrium eas convenire laudes, quas EPIPHANIUS *tribuit Diodoro illi, cui Librum de Gemmis inscripsit.*

§. X.

Sed aliud quoque ex descriptis RUFFINI verbis colligendum superest: in Diodorum Tyrium eam aestimationem optime convenire, qua EPIPHANIUS Diodorum illum prosequitur, cui Librum inscripsit *de Gemmis*. Cum enim quam cele-

celebre est Diodori Tarsensis nomen, tam ignoratum sit illud Diodori Tyrii, quem vix diligentiores Ecclesiasticae historiae amatores nossent, nisi in aliquam eum evexisset famam TILLEMONTIUS: itaque hoc etiam praetereundum non fuit silentio, quod quidem optime Diodorus Tyri ab EPIPHANIO dicitur: *Elsae aliorumque Prophetarum filius, discipulus, & successor venerabilis*: & quod optime Diodori Tyrii precibus Divinae Gratiae muneribus locupletari sperat, erat enim ille *unus sane ex antiquis Catholicis vir: tentationum documentis probatus: Episcopus testimonio Athanasii factus a Confessoribus: modestiaque singulari praeditus*, ut ex RUFFINO discimus. Quinetiam cetera quoque, quae de eo habemus testimonia cum his concinunt.

ATHANASIUS ad eũ ita scripsit, cum ille recens Episcopatum obtinuisset, ut ex ipso Epistolae contextu consuadeor, in qua litteras ab eo frequentes petit, & nullas adhuc accepisse queritur, ita ut aliunde intellexerit *factam* per eum *in Tyro gratiam*, & quod Tyrus per eum cognoverit *rectum verbum pietatis*, seu ejuraverit, ut interpretor, Arianã haeresim, quam sub Uranio, qui Nicaenam Fidem abrogandã censuit, combibere facile potuit; *Domino meo filio, & amantissimo Consacerdoti Diodoro Athanasius in Domino salutem. Gratias Domino meo, qui ubicumque suam doctrinam fundat, & maxime per filios proprios, qualem & te ipsum res ipsa demonstrat. Etenim antequam scriberet vestra reverentia, cognovimus quanta gratia facta est in Tyro per tuam perseverantiam: & congaudemus tibi, quia per te cognovit & Tyrus rectum verbum pietatis. Et ego quidem occasionem assumens scripsi tibi, dilectissime & amantissime. Tu vero quomodo me scribente non rescripsisti, miratus sum. Itaque non sis segnis scribere continue, sciens quia sicut filius requiescere me facis patrem, & sicut praeco veritatis superlaetificas me. Et nihil contendas adversus haereticos, sed silentio verbositatem illorum supera, mansuetudine malitiam. Sic enim sermo*

tuus

tuus sale conditus, habebit gratiam, illi autem apud omnium conscientiam culpabuntur. Hactenus ATHANASIUS: & quam insigniter praeclaro ejus monito superandi haereticorum malitiam mansuetudine, verbositatem silentio Diodorus usus fuerit, ex RUFFINO certe patet, qui *modestiae* laude insignem eum fuisse praedicat.

Servarunt erga Diodorum Tyri venerationem, & cultum, qui ATHANASIUM exceperunt Alexandrini Archiepiscopi, PETRUS, & TIMOTHEUS. PETRUS Episcopis, Presbyteris, & Diaconis pro vera Fide exulantibus scribens: *Consiliatoribus igitur vobis* [inquit] *in his, quae incurrunt, utor: & quid oportet me facere sic semper perturbatum, Timotheo diffamante se Episcopum esse, ut per hoc confidentius injuret, & paternas leges infringat? Voluit enim me anathematizare, & Basilium Caesareae, & Paulinum, & Epiphanium, & Diodorum Episcopos, & soli Vitali communicare*. Sed pulcherrima est ad eum ipsum data Epistola TIMOTHEI, ubi cum non solum fide clarus, sed etiam aerumnis, quas pro Christo passus erat, beatus dicatur, *tentationum* meminerimus oportet, quibus probatus dicitur a RUFFINO, & injuriae, qua affectus fuerat, alio Tyri Episcopo contra eum facto, qui a Meletii partibus staret. Ea est talis: *Domino meo, & sanctissimo Episcopo, & Consacerdoti Diodoro, Timotheus in Christo salutem. Virtutem tuam, & vitae perfectionem, & zelum rectae, & Apostolicae tuae fidei pro dignitate praedicare nequaquam potero, etiamsi nimium properavero; non enim aequantur sermones & res. Vobis ex certo donatum est, non solum credere in Christum Jesum, sed etiam pro ipso pati. Hanc tuam rectam & beatam circa Deum voluntatem, & indeclinabilem circa pietatis mysterium conscientiam olim vobis inesse, & divinus Papa noster Athanasius attestatus est vestrae religiositati, & nos suos discipulos adduxit ad amandam tuam perfectionem, & orare a Deo in multos annorum circuitus praeservari vestram vitam ad utilitatem Ecclesiarum Christi*. De-

Demum Episcopi quidam Aegyptii qui Diocaesareae in exilio erant adversus Apollinarium scribentes inter cetera haec habent : *Ad haec etiam & alias litteras, in quibus accusavit venerabilem Archiepiscopum Cypri Epiphanium, orthodoxum, & communicantem semper beatissimo Papae nostra Athanasio : adhuc etiam & sanctissimum Tarsensem, & communicantem similiter beato Papae nostro Athanasio, & nostrum ipsorum Episcopum Diodorum abdicavit iniuste per proprias litteras, si non abstinuisset a communione antedictorum orthodoxorum Episcoporum Paulini, & Epiphanii.*

Has quatuor Epistolas ad unum eumdemque Diodorum pertinere ex earum contextu adeo clare patet, ut ne dubitandi quidem locus sit ullus; pertinere autem eas ad Diodorum Tyri, non autem ad illum Tarsi, cui eas refert FACUNDUS, ex illa ATHANASII, & ex illa Aegyptiorum Episcoporum, quod etiam superius admonuimus, intelligitur. Cum enim Episcopi Aegyptii, cum apud Diocaesaream exularent Valentis Ecclesiam vexantis jussu, Epistolam illam scripserint, & certo constet ATHANASIUM saltem A. Ch. CCCLXXIV. fuisse jam mortuum : Diodorus Episcopus ab eis laudatus nequaquam igitur esse potest Diodorus Tarsensis, quem reddita a Valente Ecclesiae pace, quod A. Ch. CCCLXXVIII. circiter contigit, Episcopatum adeptum esse THEODORETUS *Hist. lib. v. cap.* IV. diserte tradit, & praeterea pluribus etiam, gravissimisque alio deductis conjecturis evincitur, quas videre est apud TILLEMONTIUM *Not.* II. *de Diodoro Tarsi &c.* Itaque frustra Epistolae ATHANASII titulo, quem adtulimus, post vocem *Consacerdoti*, quae una satis est ad indicandam Diodori, cui scripta est Epistola, Episcopalem dignitatem, additur : *Episcopo Tarsi*; & suppostitium omnino est verbum *Tarsensem* in Epistola exulantium Episcoporum Aegypti, quod nisi temporum ratio ostenderet, certe ex eo quoque constaret, quod nullo modo dici potuerit comminatum esse Apollinarium

rium Diodoro Tarsensi percussurum se esse illum anathemate, nisi a Paulini consuetudine abstineret, cum numquam hic Diodorus Paulini partes, sed semper illas Meletii tenuerit, atque Flaviani. Quin etiam phrasim illam: *nostrum ipsorum Episcopum* adeo difficile aptaretur Diodoro Tarsi in Cilicia Episcopo, quam facile aptatur Tyrio. Epistolae Auctores in Diocaesarea degebant Phoeniciae urbe, & Metropolitanus hujus Provinciae Tyrius Episcopus erat. Praeterea, quid si quis suspicaretur eos ex Confessoribus illis fuisse, qui Episcopatus Ordine Diodorum Tyri initiarunt? Ad haec, quod Tyrius Episcopus tunc temporis inter Episcopos Aegyptios recenseri potuerit, quis falsum evincat? Phoenice olim Pelusium usque extendebatur. Aegypti nomen olim multo latiores fines interdum complexum est.

Verum non est hujus loci consectari plura, quae, descriptas Epistolas, non secus ac illam EPIPHANII, Diodorum Tyrium, non autem, ut tradit FACUNDUS, Diodorum Tarsensem commendare, confirmant, cum id plane evidenter ea, quae adtulimus, probent. Quare studiosos, qui forte plura velint, ad TILLEMONTII volumina delegamus. Utrum autem doli inventor FACUNDUS extiterit, an potius ipse primo dolum combiberit, & postea imprudens nobis propinaverit, arduum est dijudicare, quamquam, quo me conjectura ducat, habeo. Refert ille *libr.* VIII. *cap.* V. Synodicam Domni Antiocheni Epistolam, qua primum Eutychem oppugnatum fuisse tradit *libr.* XII. sub cujus finem de Diodoro Tarsensi agitur his verbis: *Et sacratissimus quidem Diodorus cum Athanasio magno, & Petro, & Timotheo conflorult. Theodorus autem cum Theophilo, viris vice luminarium orbem illustrantibus, & qui sedem Alexandriae ornaverunt. Sed laudatores quidem horum illi in omni vita fuerunt.* Notasin? Cui non succurrat haec verba legenti: *sed laudatores quidem horum illi in omni vita fuerunt:* respicere ea ad ipsas quidem ATHANASII, PETRI, & TIMOTHEI Epistolas, quas descripsimus?

pſimus? Enimvero etiam tum cum *libr.* VII. *cap.* VII. GREGORII Nazianzeni Epiſtolam, quam, cum eſſet Theodoro inſcripta, ad Theodorum Mopſueſtenum retulit, cum ad Tyanenſem referenda foret, errorem cum aliis communem defendit, ut ex edicto Juſtiniani, & ex quintae Synodi Collatione v., ubi iſte error coarguitur, colligitur. Vide *Concil. Hard. tom.* III. *col.* CXI. & CCCXVIII. *Ed. Pariſ. &c.*

Pronum igitur eſt credere, FACUNDO Graecos, quibuſcum verſatus eſt diu Conſtantinopoli, etiam quod ſpectat ad Epiſtolas ad Diodorum, impoſuiſſe, Graecos inquam, hominum genus in hiſtoria apprime audax, quo nomine male ſemper audit, & jamdiu in proverbium venit Graeca fides. Si quis autem velit, eſſe tamen hoc ſaltem concedendum, quod FACUNDUS non ſine culpa deceptus fuerit, adverſari non auſim, non ſolum quod conceptae opinionis tenax homo & impotens defenſor fuiſſe mihi videatur, cum ejus librum *contra Mutianum Scholaſticum* lego, ſed etiam quod in ejus ſcriptis tales deprehendantur errores, quibus, aut negligentiae, quod plures Codices conſulere praetermiſerit: aut credulitatis, quod auctoritates quaſcumque a Graeculis ſuarum partium acceptas temere adhibuerit: aut inſcitiae, quod Graeca in Latinum vertere ipſe neſciverit, & a factioſis verſiones ſibi comparaverit, convincitur reus; ut cum *Libr.* III. *cap.* III. CYRILLI Alexandrini ſententiam de libris Theodori ex Collat. v. Synodi v. referens, quae Graece ita ſonat: *quos quidem labores nollet aliquis increpare, magis autem honoraret, ſi ineſſet eis dogmatum rectitudo*: ipſe verſam refert hoc pacto: *& hos quidem labores nullus eſt auſus increpare, ſed dextro decreto honorare ſtudium rectorum dogmatum, quod in eis eſt*: & cum *Libr.* XI. *cap.* II. ATHANASIO Librum tribuit, qui Serapionis Thmuеos Epiſcopi erat, & inſuper exordium ejus exſcribens ejus verbis nomen Jeſu intexit, unde impius ſuppoſito auctori ATHANASIO error affingitur. Pro Defenſione Trium Capitulorum

non

non semel scripsit FACUNDUS. Libri a SIRMONDO editi posteriores ejus curae sunt, sed licet in eorum Praefatione dicat se ab eis abstulisse, quae alias *pro mendositate Codicum*, vel *pro incuria translatorum* minus vere retulerat, haud tamen penitus ab hisce maculis eos purgavit, nec satis diligenter opus illud suum expolivit. Ac de his quidem satis dictum est.

Jam vero Praefationi finem facio, & in me recipio, quod, ubi vires suppetant, libellum hunc plures alii sequentur similes seriem anecdotorum non contemnendam, ut communi utilitati serviatur, exhibentes. Hoc studii genus nequaquam profecto leve est, sed multi consilii, & artis, laboris interdum etiam improbi, atque molesti, sed nihilominus in eo me exercere, & quid in eo possim experiri est animus, cum sit maximo quoque usui; unde in illud operam suam dare gloriae sibi duxerunt litteratissimi homines, quos inter, ne exteros memorem, aut fato functos, praestant nunc in nostra Italia, clarissima hujus saeculi lumina, Viri optimi,

Nulla dies umquam memori quos eximet aevo,

LUDOVICUS ANTONIUS MURATORIUS, JOHANNES LAMIUS, & Episcopus Brixiensis ANGELUS MARIA QUIRINUS S. R. E. Cardinalis Bibliothecarius, cujus cura & studio modo esse prodituram absolutissimam Epistolarum Cardinalis REGINALDI POLI Syllogen temperare mihi non possum, occasione optime data, quin gratuler, & plaudam litterariae Reipublicae, atque adeo Reipublicae Christianae universae. Scilicet non est dubitandum, quin sicuti cum FRANCISCI BARBARI Epistolas edidit, Animadversionum suarum volumen adjecit doctum sane, & laboriosum, ubi rerum pulcherrimarum, quae resurgentium litterarum historiam, illustrant, recludit thesaurus, ita nunc non solum ipsis illis desideratissimis Epistolis, sed Commentario etiam suo gravissimae Anglicani Schismatis historiae plurimum luminis allaturus non sit.

S. EPI-

S. EPIPHANI EPISCOPI DE XII. GEMMIS RATIONALIS *SUMMI SACERDOTIS HEBRAEORUM* LIBER.

EPISTOLA EPIPHANI AD DIODORUM

Facundo Hermianensi Interprete.

Domino meo honorabili Fratri, & Consacerdoti Diodoro amabili Episcopo, Epiphanius in Domino salutem.

GRATIAM *majorem praestans, quam accipiens, petebat Dominus a Samaritana aquam bibere: ipse fons exstans, juxta puteum*

EPISTOLA EPIPHANI AD DIODORUM

Anonymo Interprete.

Domino Venerando Fratri, & Consacerdoti Diodoro Reverendissimo Episcopo, Epiphanius in Domino salutem (1).

GRATIAM praestans potius, quam sumens Dominus à Samaritana bibere postulabat, ipse fons salutis existens: & juxta

A

(1) Epitome Libri hujus S. EPIPHANII *de XII. Gemmis &c.* a GESNERO edita hunc praefert titulum: Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου πρὸς Διόδωρον Ἐπίσκοπον Τύρου περὶ τῶν δώδεκα λίθων &c. *Epiphanii Episcopi Cypri ad Diodorum Episcopum Tyri de XII. Gemmis &c.* At vero

FACUN-

Juxta quidem puteum sedit, & ex itineris labore fatigatus est, ut consequens veritatis argumentum corporalis suae praesentiae nequaquam prorsus excederet ,, & ubique ,, simul humanæ naturae, quam condidit, ,, propria largiter dona ,, concedens; nunc eam ,, quidem dignanter assumens: nunc etiam ,, id, quod ejus est, veraciter asserens, nec

sedebat, & fatigatus ex itinere inveniebatur, ut consequenter praesenti sermone, incarnationis non exцederet veritatem. (Et post paululum) *Sed etiam ejus Discipuli, & servi, a quibus aliquid petebant, magis eis dabant, quam accipiebant ab eis, & alloquebatur quidem Helias, qui erat figura propriæ Domini, & necessariorum, quantum opus erat, exigebat mensuram: superabundanter*

danter

FACUNDUS Herminensis in libris suis *pro Defensione Trium Capitulorum Concilii Calchedonensis ad Justinianum Imperatorem*, ubi multa congerit laudatorum Virorum testimonia, e quibus Diodorus Episcopus Tarsi non solum ut doctus, sed etiam ut pius laudatus fuit, *lib. 4. cap. 2.* hanc etiam describit Epistolam S. EPIPHANII. Porro hinc primum, cuinam Diodoro Librum *de XII. Gemmis* S. EPIPHANIUS inscripserit constasse, nota ad eum locum apposita, qui FACUNDI in lucem emisit libros, admonuit SIRMONDUS, sed minus vere, cum jam non solum GESNERUS Epitomen laudatam edidisset, sed etiam PETAVIUS, in cujus titulo minime nudū erat Diodori nomen, quemadmodū ille censuit ex memoria, ut videtur, scribens. Utrum autem FACUNDO potius standum sit, an Auctori Epitomes, haud levis disputationis argumentū esse potest. FACUNDUS postquam EPIPHANII Epistolam descripserit haec subdit non omittenda: *Non parvi esset judicii, Clementissime Imperator, vel si aliorum Patrum testimonia defuissent, nullius auctorem haeresis extitisse Diodorum, quod eum Epiphanius, vir sagacissimus, & in doctrina Catholicae Fidei laudabiliter diffamatus, non memoravit inter Haeresiarchas &c.*

danter autem replebat praebeatem sibi benedictionem a vidua petens panem, per occasionem autem petitionis praestans abundantiam benedictionis; sic & tua Honorabilitas nostram exiguitatem petens magis das, quam sumis: subministrans quidem tua ad Deum postulatio capsaci nostro indeficientiam, ex parvo praestat, & hydriae indeficientem ex parvissimo cumulum largitur. Petis itaque in principio Epistolae tuae, Honorabilis, de lapidibus in Rationali superhumeralis Sacerdotis super pectus Aaron dispositis, & insertis, & eorum & nomina, & colores, & species, & loca, & ad pietatem ducentes ipsorum lapidum contemplationes,

,, non & curam ejus, ac
,, providentiam gerens[1].
Sed & discipuli ejus, & familia quibuscunque petebant, aliquid tribuebant his potius, quàm sumebant. Idipsum praefigurabat & Helias in forma Domini sui praecedens. Modum quidem necessariae rei competenter efflagitans, super id autem, quod necessarium erat ejus, qui in se morabatur, largitatem benedictionis insinuans. Qui panem quidem poscebat viduam, sed occasione petitionis hujus, benedictionis opulentiam commodabat: sic & tua Venerabilitas à parvitate nostra quiddam postulans, dare magis, quàm accipere comprobatur[1].

(1) His verbis lineolas illas adposuimus, ut statim appareant, quae praeterit FACUNDUS Hermianensis inquiens: *Et post paululum.*

Cooperante namque tua jugiter apud Deum supplicatione capsace quidem olei indeficiens ex parvo praestabitur. Hydriae verò farinae de exiguo supra modum largitatis copia conferetur. Popoſcisti igitur in principio per epistolam tuam, Venerabilis, de lapidibus, qui in superhumeralis Rationali Pontificis, tunc super pectus Aaron apponi praecepti sunt, ut nomina eorum, & colores, & species, necnon & loca, seu contemplationes, quas ad divinum cultum referant, singulique lapides pro qua Tribu impositi, vel unde reperti, vel ex qua patria probentur, exponam. Et nobis quidem, memoravi tamquam praefatae viduae, propter inopiam difficilis erat horum

& unusquisque lapis pro quali Tribu ordinatus erat, & unde inventus est, & ex qua patria. Et, sicuti dixi, nobis quidem harum rerum difficilis fuit omnino, velut illi viduae, propter paupertatem, inventio; sed sicut illi per benedictionem miraculum contigit, & Samaritanae pro aqua sensibili Domini mysterium revelabatur: sic & nobis, exiguis extantibus, sed novo intellectu, & nova cognitione, & nova ratione abundantia undique effecta est, veluti ex magna imbrium effusione per orationem Eliae, & aliorum Prophetarum, quorum & filius, & discipulus, & successor existis honorabilis, suscipiens propinquam illis hanc gratiam a Domino, & nobis per orationem adtribuens.

pror-

prorsus inventio. Verum sicut illi per benedictionem miranda res accidit, & Samaritanae pro aqua sensibili mysteriorum Domini munus ostensum: sic nobis nimis sapientia, atque scientia, & sermone destitutis [1] undique facultas est attributa, velut ex multis imbribus fertili largitate diffusis, Heliae precibus, aliorumque Prophetarum, quorum Tu, filius, discipulus, & successor venerabilis approbaris, accipicos eam, ut illi, a Domino gratiam, nobis eamque orationibus tuis impertieus.

Unde jam de his incipiam dicere: primom quidem veniam poscens, & propositi mei studium patefaciens, licet invalidae disserationis possim referre sermonem. Est ergo primum scriptum in quatuor versibus, quadrifariam qoippe discriminabatur, Rationale Pontificis, ipsumque quadraogulum erat, habens tam in longitudine, quam in latitudine palmum unom. Primi ergo versus ordo est: Sardium primus lapis, dein Topazion, post Smaragdus. Secundi versus primus lapis Carbunculus, dein Sapphirus, post Jaspis. Tertii versus primus lapis Lygirium, dein Achates, post Amethystus. Quarti quoque versus extremi, primus lapis Chrysolithus, deinde Beryllum, post Onychium. Isti quidem sunt duodecim lapides, quos constat in Rationali, quod in superhumerali Pontificis ponebatur,

(1) In Cod. Vat. legitur *constitutus*, sed manifesto librarii errore. Apud FACUNDUM sententia aliter procedit, sed FACUNDUS verfionibus haud multum diligenter factis est usus.

batur, infertos, quorum differentias, locaque dicemus.

Sardium, quod & Babylonium, fic dicitur [1]: habet quidem fpeciem inftar ignis colorifque fanguinei Sardio pifci confimilem, unde & Sardium vocatum eft a fpecie cognomen accipiens. In Babylone vero, quae eft apud Affyrios [2], gignitur, & eft lapis ipfe perlucidus, habens medendi potentiam; cujus fucum Medi [3] fuper tumores, ac putredines linientes fedant, aliafque plagas, quæ per incifionem ferri proveniunt. Eft autem & alius Sardonyx, qui vocatur Molochas, fciens attenuare pinguedines: ipfius autem formæ eft, fubviridis aliquantulum, potentiorque magis eft circa verni temporis initium, quando Pafcha celebratur; & alius Sardachates, circa quem lapidem albus quidam circulus apparet, ficut in Achate, quem ii, qui fabulofa confingunt, mala fugare pronuntiant poffe, eumque pacificum vocant.

DE LAPIDE TOPAZIO.

Topazium rubrum eft fpecie poft lapidem, qui Carbunculus appellatur. Inventus eft autem

(1) Epitome: πρῶτος λίθος Σάρδιος ὁ Βαβυλώνιος ὢν καλούμενος. *Primus lapis Sardius Babylonius dictus fuit.*
(2) Nempe alia quoque Babylon fuit in Ægypto, de qua pluribus egi in *Exercitationibus Hiftorico-Criticis de Romano D. Petri itinere, & Epifcopatu &c. Exerc.* 10.
(3) Corrige *Medici*. Epitome GESNERI. οἱ ἰατροί.

autem in Topaze civitate Indiae [1], in corde lapidis ab his, qui ibidem lapides tunc caedebant. Quem lapidum caesores intuentes splendidissimum, delectati pulchritudine ejus, ostenderunt Alabastris [2] quibusdam negotiatoribus, parvoque pretio vendi-

(1) Hujus urbis nemo alius mihi notus meminit præter EPIPHANIUM hoc loco, licet celebris apud veteres auctores sit insula *Topazos* dicta. Itaque aut erravit EPIPHANIUS urbem pro insula accipiens, aut etiam insulæ metropolis Topaza dicebatur. Porro de situ hujusce insulæ non una esse videtur omnium sententia; scilicet STEPHANUS in India collocat, in Mari Rubro JUBA apud PLINIUM *lib.* 37. *cap.* 32., in Arabia vero ARCHELAUS apud eumdem PLINIUM eodem loco, & ipse etiam PLINIUS *lib.* 6. *cap.* 34. nec non STRABO *lib.* 16., DIODORUS SICULUS *lib.* 3. PTOLEMÆUS *lib.* 4. *cap.* 5. PSELLUS *de Gemmis*, ISIDORUS *Orig. lib.* 6. *cap.* 7., aliique. Quinimmo BRAUNIUS *de Vest. Sacerdotum Hebr. lib.* 2. *cap.* 2. §. 92., & illud Jobi *cap.* 28. *v.* 19. פטדת כוש *Pitdath Cusch*, quod in VULGATA redditur *Topazius de Aethyopia*, reddendum esse censet *Topazius Arabicus*, a BOCHARTO doctus כוש *Cusch* Arabiam esse. Verum Critici rem hanc facili negotio explicare poterunt si animadvertant veteris Geographiæ rationem. DIONYSIUS Periegeta Erythræum, seu mavis Rubrum Mare, Aethopicum quoque appellabat, & Dionysii Scholiastes EUSTATHIUS nonnullos etiam Arabicum sinum, & Erythræum mare, unum & idem mare existimasse docet. Porro Indiæ nomen variis datum esse regionibus, Æthiopiæ autem præcipue, nemo est, quem lateat; quin etiam *Indiam ad Oceanum Erythraeum spectasse* disertis verbis EUSTATHIUS tradit, & DIONYSIUS ipse inter ceteros pretiosos lapides, quos Indi habent etiam *glaucum nitidi Topazi lapidem* recenset. Vide EUSTATHIUM in DIONYSIUM &c., ex Versione cl. V. Alexandri Politi &c. Coloniae Allobrogum 1741. *pag.* 23. & 529.

(2) LIGORIUS Sabinæ Tranquillinæ nummum memorat, ubi erant Isis, & Harpocrates spicam manu dextera gestans cum inscriptione ΑΛΑΒΣΤΡΙΤΩΝ. Aegyptium fuisse hunc nummum Isidis figura luculenter probat, & quidem urbs Alabastra etiam a PTOLEMÆO in Aegypto collocatur, nec non a PLINIO *lib.* 5. *cap.* 9. & 37. Quod si STEPHANUS Phrygiam urbem eam vocat HERODOTUM testem adhibens, nos quidem cum extantes HERODOTI libri nullum hujusce rei testimonium perhibeant, lib.

vendiderunt. Alabastri quoque Thebeis [1] pretio distraxere majori. Thebei nihilominus obtulerunt Reginae, quae tunc temporis imperabat. Quem illa sumens in diademate suo in medio frontis imposuit. Habet autem lapis iste hanc efficaciam. Cum in cote medicinali teritur non rubrum fucum, juxta modum sui coloris, sed in modum lactis emittit. Implent autem crateras plurimas, quantas hi, qui terunt, implere voluerint, & post hoc idem modus est lapidis, nec imminutus pondere, nec a rotunditate mensurae penitus immutatus. Hinc autem fucus elicitus oculorum passiones apprime sanat: itemque cum bibitur valde medetur his, qui aquosa rabie tenentur [2], & qui ex uva marina

lib. autem 8.5.136. oppidum Phrygium nomine ΑΛΑΒΑΝΔΑ occurrat; STEPHANUM hunc locum perperam legisse, aut mavis, perperam ejus meminisse suspicantur: & quidem eo facilius errare potuit, quod fluvius *Alabastrus* dictus Troade erat, cujus mentio est apud PLINIUM *lib. 5. cap. 30.* SALMASIUS in Solinum pag. 394. STEPHANUM alia de caussa in errorem lapsum putat, sed minus credibilis illa est. Demum Alabastrorum gentem ignorasse videtur GESNERUS, quamobrem epitomen a se editam emendare laborans in alienam sententiam infeliciter detorquet.

(1) De incolis celeberrimae illius Urbis haec accipe, quae cum in Aegypto olim fuerit potens armis, & maxima, & regionis Thebaidos Metropolis, nunc

....centum jacet obruta portis.

ut cum JUVENALIS loquar *Sat. 15. v. 6.* Dicta est non solum Thebe, sed etiam Diospolis: unde PLINIUS lib. 5. cap. 9. *Celebratur Diospolis magna, eadem Thebe, portarum centum nobilis fama.*

(2) Epitome GESNERI. καὶ πινόμενος δὲ ἀντιπαθεῖ τοὺς ὑδρωπας &c. *Epotus adversatur hydropi &c.* verum Epitome illa, quae est apud ANASTASIUM Sinaitam in *Quaestionibus &c.* habet πρὸς τὰς ὑδροφοβίας &c.

na vehementer insaniunt. Hujus enim lapidis fucum medicorum periti talibus tribuunt.

DE LAPIDE SMARAGDO.

Smaragdus, qui & Prasinus, viridis est speciei. Est autem in eis quaedam differentia; aliquos enim Neronianos vocant, aliquos Domitianos; & Neronianus quidem lapis amarus est [1] specie valde viridis, splendens, ac vibrans: appellari verò Neronianum propter hanc causam referunt: quod Imperatorem Neronem putant oleo spano [2] viridi,

B

(1) Epitome quoque apud GESNERUM habet hic verbum πικρὸς *amarus*. In margine GESNERUS apposuit μικρὸς *parvus*; sed ut ex hac nostra antiquissima versione constat, minus recte. Licet autem πικρὸς proprie de sapore dicatur, hic certe metaphoricè usurpatum videtur, quod factum saepe invenio apud Graecos, praecipuè verò apud Julium Pollucem in *Onomastico &c.* Inferius quoque *austerae* naturae smaragdum esse dicitur.

(2) Primum suspicabar interpretem ignorasse, vocem Graecam σπανὸς Latine reddi *rarus, pretiosus*, postea tamen *Spano* pro *Hispano* scriptum esse sensi. Neque vero insolens hoc est, cum Graecos pariter & Latinos *Hispaniam* & *Hispanum* dixisse *Spaniam* & *Spanum* sexcentis probari possit exemplis; sic enim Hispaniam appellat non uno in loco vetus interpres Juvenalis, & apud NONIUM extat *cap.16: Pullus color est, quem nunc spanum, vel nativum dicimus.* Quid? Hoc ipsum Hispanum oleum, de quo loqui videtur S. EPIPHANIUS, saepe memorat GALENUS, & semper Σπανὸν ἔλαιον vocat. Itaque Oleum Hispanum in pretio olim maxime fuit, & laudant etiam PLINIUS *lib.15. c.2.* STRABO *lib.3.* & RUTILIUS *1. Itin. v.150.* Geoponicorum *lib.9. c.26.* DAMOGERONTIS extat monitum de ratione conficiendi oleum illi simile. Romae autem illius mercatores peculiare collegium constituisse ex inscriptione in Monte Aventino reperta, & a REINESIO descripta pag. 460. conicitur, in qua

NEGOTIATORES OLEARI
EX BAETICA

Porro

di [1], vel liberirtino [2], alii verò dicunt amygdalino, alii susino [3] praecepisse montem rigare: alii verò nequa-

Porro etiam apud GRUTERUM pag. 466. n. 7. occurrit Inscriptio Romae posita cuidam

OLEARIO EX BAETICA.

& in App. pag. 1116. n. 1. ex ipsius Romae ruinis erutum hoc legitur Epitaphium.

D M
L. MARIO
PHOEBO
VIATORI
TRIBVNICIO
DECVRIAE . MAJO
RIS . MERCATORI
OLEI . HISPANI . EX
PROVINCIA
BAETICA.

(1) SUETONIUS in *Jul. Caesar. cap.* 53. oleum *viride* opponit *condito*, nempe, juxta diversum pronuntiandi modum, *vetusto*, aut *medicato*, *non puro*. Oleum viride dicebant Latini, quod ex immatura olea exprimebatur, docentibus CATONE *cap.* 65. COLUMELLA *cap.* 50. PALLADIO *lib.* 11. *tit.* 10. & SERVIO in v. 86. *lib.* 2. Georgicorum Pro optimo oleo habebatur, unde oleum viride idem est ac oleum optimum. Graeci ὀμφάκινον dicebant. *Geoponicorum lib.* 9. *cap.* 26. & 27. ἔλαιον ὀμφάκινον, ἢ ὠμοτριβὲς ἔλαιον.

(2) *Liberirtinum* oleum nusquam alibi memoratum novi: & hunc quomodo emendarem solicitus multa movi animo, utrum fortassis restituendum esset *Liburnico*, tale enim oleum, Istrianum quoque dictum, ut diserté docetur *Geoponicorum lib.* 9. *cap.* 27., quod Istriae Liburnia adhaereret, APICIUS vehementer laudat *lib.* 1. *cap.* 5. & cum Baetico certabat par, PLINIO teste laudato superius loco. Porro cum eundem PLINIUM Africani olei laudatorem ostenderim, & subierint ex GRUTERI inscriptionibus pag. 426.

MERCATORES OLEARI AFRARI.

Libertinenses in Africa fuisse statim memini, nec fugiebat quanda Libertinorum gentem memorasse SUIDAM: sed tandem cum ex ῳ vel videretur vocem *Liberirtino* esse positam tanquam synonimam, ut ajunt, voci *Spano*, nempe *Hispano*, primo utrum *Liberitano* reponendum foret, anceps fui, celebris enim in Hispania extitit urbs nomine Illeberis, de qua PLINIUS *lib.* 3. *c.* 3. *Illiberi, quod Liberini*. Deinde verò haud inscius librariorum vitio saepe factum esse, ut litteram ultimam superioris verbi in principio sequentis mss Codices interdum repetant, praeterea videns interpretem non uno in loco Graeca non esse assecutum, corrigendum esse, quantum conjectura assequi licet, censebam: *vel Ibero*, in Graeco autem fuisse ἢ Ἴβηρι ὤν, quae ultima vox apud Graecos non raro solius ornamenti gratia adponitur.

(3) Σούσινον dicitur oleum, seu mavis unguentum ex liliis confectum, cujus meminit passim HIPPOCRATES. & alii &c.

nequaquam, sed ajunt Neronem, vel Domitianum oleum in vasis aeneis nicenis [1] immittere, quod ex aeris ipsius aerugine per tempus viridesceret, & sic ex eo montem rigare: petramque suscipientem hoc oleum plus in viriditate, atque perspicuitate florescere: alii vero minime, sed vocatum fuisse Neronem quemdam memorant antiquum artis pinariae [2] scientissimum, & in hujusmodi lapidum peritia valdè callentem, qui adinvenit hanc Smaragdi necessariam speciem, & ex ipso Neronianum primitus appellari. Eo vero modo, quo diximus de Neronianis, & de Domitianis advertendum est. Fuit enim Domitianus Imperator post Vespasianum, & fratrem suum Titum, qui vastavit [3] Hierosolymam. Amatores autem vanarum rerum ii Principes extiterunt, Nero scilicet, atque Domitianus. Sunt & alii Smaragdi, unus quidem in India [4] nimis Neroniano consimi-

(1) Locus in primis mendosus Epitome GESNERI habet *ἐν σκεύεσι βαλεῖν ἱκανοῖς* quod JOLAS vertit *in multa vasa infudisse*. Noster interpres, ni fallor, invenit *νικανοῖς*, Littera *ν*, quae in superiori verbo *βαλεῖν* ultima est, duplicata, ut in mss. non raro evenit, & ignorans quomodo explicaret, vertit *Nicenis*. Itaque haud temerè liceat corrigere: *in vasa aenea multa, apta, capacia βαλεῖν infudisse*, atque adeo *infundere jussisse*: hic enim *βαλεῖν* pro imperandi modo est, quod Graecis non insuetum.

(2) Quaenam est *Ars pinaria*? Epitome GESNERI ita loquitur: *ἄλλοι δὲ φασι Νέρωνά τινα τεχνίτην τῶν παλαιῶν πινακοποιὸν ἢ τῶν λιθεργῶν ἐμπειρίαν τὸ ἀνευρηκότα τὸ σμαράγδου*. JOLAS Hierotarantinus in sua versione praetermittit omnino vocem *πινακοποιόν*. Et profectò quid nam sibi vult? Cl. Vir Amicus meus restituebat *πινακοποιόν*, *Tabularum fabricatorem*.

(3) In Cod. *vastabat*, ut puto pro *vastabit*, *vastavit*.

(4) Epitome GESNERI habet: *ἐν τῇ Ἰνδίᾳ*,

similis: alter verò in Aethiopia, qui & in Phison flumine reperitur. Unde Divina quoque Scriptura sermoni nostro congruit dicens: *Phison ipse est, qui circuit omnem terram Ejulat, ... ibi invenitur lapis Prasinus*. Sed & Carbunculum illic esse testatur [1]. Hic autem Phison a Graecis quidem Indus fluvius dicitur; a Barbaris verò, & Evilaeis Barimanasi [2], ab Indis quoque, & Bugeis [3] Ganges appellatur, plurésque Graecorum Scriptores Gangem fluvium nomine isto cognominant [4], qui permanat universam terram Evilat. Ejulaeos autem dicunt interiores Indos. Circuit & Aethiopiam, quae voca-

(1) Nempe Geneseos *cap.* 2. *v.* 12. Sequitur autem EPIPHANIUS versionem LXX.

(2) Quid hoc monstri est? Indus fluvius a monte Paropamiso exoritur PLINIO, MELA, aliisque Geographis testantibus. Sub hoc monte Paropamisadarum regio erat, seu mavis Parapamisadarum, aut Paropanisidarum, mons enim, unde regioni nomen, Paropamisus, & Parapamisus invenitur appellatus, necnon *Parapanisus*, & contracta voce *Parpanisus* a DIONYSIO v. 1097. Itaque cum interiores Indos sub Evilaeorum nomine intelligat EPIPHANIUS, ni fallor, restituendum est *Evilaeis Paropamisi*, nempe Indis ad radices Paropamisi habitantibus.

(3) Numquid *Buzaeis*? Gens hujus nominis in Marmarica mediterranea degebat, PTOLEMAEO teste.

(4) Mirum minime est EPIPHANIUM putasse *Phison* esse *Gangem*, etenim plerique veterum idipsum senserunt; sed plane mirum, & insolens est *Gangem* fecisse unum eumdemque fluvium cum *Indo*. Suspicarer sententiam ab interprete corruptam fuisse, sed suspicionem hanc omnino diluit alter EPIPHANII liber, nempe *Ancoratus*, ubi quoque §. 58. docetur *Phison* ab Indis & Aethiopibus *Gangem* dici, a Graecis verò *Indum*. Porrò EPIPHANIO turpius erravit CAESARIUS, qui Dialogo 3. *resp.* 144. non solum *Gangem* & *Indum*, sed *Istrum* quoque seu *Danubium* confundit dicens, *Phison* ab Indis, & Aethiopibus *Gangem* esse appellatum, *Istrum*, & *Indum* à Graecis, ab Illyriis, & Ripianis *Danubin*, a Gothis *Dounavin*.

vocatur Occidentalis, atque magna Aethiopia, & hinc in Oceanum labitur [1]: propter quod, & Carbunculus lapis cursu fluminis hujus attractus in locis projicitur, quae sunt circa Libyam, ubi nominati superius Aethiopes commorantur [2]. Aquilas autem

(1) Eadem in *Ancorato* occurrunt: *Hic ambit regionem Evilath majorem videlicet, ac minorem, quae est Elimaeorum provincia, ac magnam Aethiopiam penetrans ad Austrum labitur, & intra Gades in ingentem Oceanum erumpit.* DALLAEUS *de usu Patrum* p.241. PETAVII nota Geographiam istam mirificam, & absurdam dicentis abutitur, veluti sua, ut S. EPIPHANII auctoritatem minuat; at vero parum proficit Heraeticus, neque enim nos in omnibus disciplinis claruisse volumus Ss. Patres, sed tantummodo, quae ad Fidem, & mores spectant, cum ab eis summa consensione traduntur, & veneramur, & credimus. Ceterum MARCELLUS ANCYRANUS in *Colloqu. Critic. de Sphalmat. virorum in re litteraria illustrium* pag. 13. Epiphanium à PETAVII, & DALLAEI criminatione defendere sibi suadet, aut legendo γαδάρων, cujus nominis gentem ad ostium Gangis sitam pro certo habet, ubi PETAVIUS legit γαδείρων, aut interpretando γαδείρων non *Gades* ut PETAVIUS, sed *terminos*, aut potius *sepes*, inquit enim inter disruptas rupes Gangem in Oceanum intrare. Enimvero circa Gangis ostia populos fuisse *Gangaridas* dictos universa testatur antiquitas. *Gargaridas* vocat DIONYSIUS Periegeta, *Gandaridas* DIODORUS Bibl. lib. 2. cap. 37. Porro dicti sunt etiam *Gandarae*, *Gandarii*, *Gandri*. Vide SALMASIUM in Solinum &c. Secundum hanc notitiam intelligendum esse, aut saltem restituendum S. EPIPHANII locum in *Ancorato* non dubito.

(2) Quo modo Ganges Asiaticum flumen Carbunculum projicit ad loca circa Libyam? Quo modo circa Lybiam commorantes dici possunt Aethiopes illi, quos circum labitur Asiaticum flumen Ganges? Aethiopia alia fuit in Asia, alia in Affrica; & haec fortassis divisio errandi ansam EPIPHANIO praebuit: quod quidem eo quoque magis probabile fit, quia Africanā Aethiopiā in Orientalem, & Occidentalem partiti sunt multi, ut HOMERUS Odyss. A. v. 23. PLINIUS l. 5. cap. 8. & STRABO lib. 1. cum tamen alii Aethiopiam Orientalem dixerint Asiaticam Aethiopiam. Vide HERODOTUM lib. 7. cap. 70. Ceterum minus inconcinne loqui videtur S. EPIPHANIUS in *Ancorato* &c. magnam Aethiopiam, quam propter

autem interpres in Genesi Lapidem Prasinum, neque Prasinum interpretatus est, neque Smaragdum, sed Hebraica interpretatione usus in superficie, & inveniens in Hebraeo nomē lapidis Bodallin [1], quod septuaginta dixerunt *ibi invenitur lapis Prasinus*, Aquila [2] dixit *ibi invenitur Bidellium*. Est autem Bidellium [3] quoddam unguentum, sive incensum, quod defertur ex India. Sunt autem differentiae Smaragdi octo [4], quantum potuerunt singuli reperire; naturaque ejus cum sit viridior, & austera, tamen ii, qui sunt ex Aethiopia, vel India, hepatis, idest jecoris similitudinem referunt. Restat itaque jam nobis de monte illo, qui rigabatur aliquando vel à Nerone, sicut sermone vulgatum est, vel à Domitiano, in qua patria est situs, exponere. Est enim introrsus in Mari Rubro, quod sic appellatur, in ipso gressu [5] regionis Indorum, quarum gentium differentiae quamplurimae sunt. Olim quippe Indi in novem regna fuerant disparati, sicuti fama celebratum

pter Gangem ponit, pro Asiatica accipiens, minorem vero, quam Geon adluere scribit, pro Affricana. Haec saltem minime inter se pugnant.

(1) Nomen Hebraicum est. בדלח, *bedolach*.

(2) Nota quod supra in mss. erat, *Aquilas*, ut religiose edidimus.

(3) Sic Cod. ms. sed verum nomen est Bdellium. Est autem Bdellium gummi genus, quod arbor nigra eodem nomine vocata exsudat. Vide DIOSCORIDEM lib. 1. cap. 69. PLINIUM lib. 11. cap. 9.

(4) PLINIUS lib. 37. cap. 5. duodecim Smaragdorum genera recenset.

(5) Fortassis interpres scripserat *ingressu*.

bratum est [1]: idest Alabastrorum [2], Homeritorum

(1) In summa Indicarum rerum ignoratione versabantur antiqui. STRABO *lib.* 5. diserte ait, omnes illos, qui de India scripserunt, pleraque mentitos esse, & lib. etiam 15. de mendacibus Indiae rerum narrationibus queritur. ARRIANUS *Hist. Ind.* §. 7. MEGASTHENEM centum duodeviginti populos in India statuisse referens adimit illi fidem, tum quod totam Indiam non peragraverit, tum quod omnes gentes Indiae commercia inter se non exercerent. Quae hic recitat EPIPHANIUS unde acceperit, quis dicat? Populos nominat tanquam olim in India praecipuos, quorum nulla apud ceteros mentio, aut saltem pro populis magni nominis non habentur. Porro etsi MEGASTHENES Gentes centum duodeviginti in India statuentem carpat ARRIANUS, multas tamen fuisse fatetur. Quod si falsus etiam sit, eode ARRIANO adnotante, CTESIAE, qui non minorem reliqua Asia Indiam facit, tamen Regionem vastissimam fuisse dubitari nequit, & ita plenam populo, ut HERODOTUS *lib.* 3. §. 94. Indos multitudine quascumque alias nationes superare affirmaverit. Itaque unde nam novit S. EPIPHANIUS in novem regna Indiam totam fuisse quondam divisam? Sed illud quoque animadvertendum maxime est, tam late Indiae nomine usos esse veteres, ut Indos dixerint quoscunque populos minus notos. Porro Aethiopiam praecipue eo designarunt, ut videre est apud JOBUM LUDOLPHUM *in Commentar. ad suam Hist. Aethiopicam p.* 75. &c. Et quidem sic plane utitur hoc loci S. EPIPHANIUS, indubium enim est Homeritas, Axumitas &c. populos Aethiopes fuisse. Vide JOBUM LUDOLPHUM p. 65. &c. Demum animadvertas velim gentes, quas hic S. EPIPHANIUS sub Indorum nomine recenset, alias in Africa esse, ut Alabastri, Axumitae &c. alias in Asia, ut Homeritae &c.

(2) De his dictum est pag. 7. & Aegyptios populos fuisse animadvertimus, ita ut miremur, quonam modo ad Indiam eos referat S. EPIPHANIUS. Verum HIGINUS quoque Fab. 275. Jovem Thebas, Aegyptiam urbem, in India condidisse dicit. Praeterea SERVIUS ad illud *lib.* 2. *Georgicorum v.* 117.

..... sola India nigrum
Fert ebenum

subdit: *atqui & in Aegypto nascitur, sed Indiam omnem plagam Aethiopiae accipimus.* Quo in loco duo haec docere videtur SERVIUS ad rem nostram apposite, nempe: Aegyptum tanquam Aethiopiae partem esse habitam, & sub Indiae nomine omnem Aethiopiae plagam esse acceptam. Porrò EUSTATHIUS quoque in DIONYSIUM Periegetam pag. 106. de Aethiopibus ad Aegyptum loquens ait: *Propter quos ipsa etiam Ae*gyptus

rum [1], Azomitorum [2], cum Dulitibus [3], Bugaeorum [4], Tajanorum [5], Isabenorum, Liberiorum, Diberiorum cum Ichtyopagis [6], & Sirindibenenorum cum Evilaeis:

gyptus vocata est aliquando ..... Aethiopia. Quid quod toti Africae datum novimus Aethiopiae nomen ex EZECHIELE Tragoedo apud EUSEBIUM de *Praep. Evang. lib. 9. cap. 28.*)

(1) PLINIUS *Homeritas* memorat lib. 6. cap. 28. & ob commercia Indica opulentissimos vocat. LUDOLPHUS a Sabaeis distinguendos non esse probat *laud. lib.* pag. 66.

(2) Juxta *Astaboram* flumen, seu mavis *Astaborram*, aut *Astaborem*, omnibus enim hisce nominibus appellatum invenimus, urbs quondam fuit nomine Axume, ab aliis Auxume dicta, & a nonnullis etiam Axome, quam principem urbem, & regiam fuisse non solum novimus ex PTOLEMAEO, sed etiam ex S. ATHANASIO in *Apol. contra Arianos* §.29. PHILOSTORGIO lib. 3. cap. 6., & NONNOSO apud PHOTIUM in *Bibl.* &c. Porro non solum cives, sed tota gens huic urbi subjecta, quam nunc Habessinos dicimus, & habitasse contra Homeritas PROCOPIUS Caesareensis notavit Περσικῶν *lib.* 1. ab ea nomen referebat acceptum. Vide LUDOLPHUM in *Commentario &c.* pag. 67. & 251. Ne quis autem miretur *Azomitarum* hic pro *Axumitarum* esse positum, animadvertere est, videri antiquos verum hujusce gentis nomen ignorasse, & idcirco eam, ejusque Metropolim similibus quidem, sed variis appellasse nominibus. Praeterea litterarum ξ & ζ similitudo varietatem auxit, & quidem etiam in *Ancorato* c. 58. legitur Geon labi per Ἐζωμιτῶν pro Ἀξωμιτῶν. Verum cap. 115. ejusdem *Ancorati* extat, Αὐξωμῖται: & in *Panario &c. H. Sethianorum* legitur, quod Psus fuit auctor sermonis τῶν Ἀξωμιτῶν. Ejusdem Panarii lib. 1. cap. 5. Axumiticum tractum offendimus dictum τὰ Ἀξωματικά, sed aperto errore.

(3) Plures videntur fuisse olim urbes dictae a verbo Δοῦλος *Servus* si consulimus STEPHANUM in voce Δουλόπολις, ubi inter cetera haec habet, quae si forte huc referri possint, videant alii: *Est quoque Dulopolis castellum in Aegypto, cujus meminit Olympianus. Gentile: Dulopolita.* ἔστι καὶ χωρίον ἐν Αἰγύπτῳ, Δουλόπολις, ὡς φησὶν Ὀλυμπιανός. τὸ ἐθνικόν: Δουλοπολίτης.

(4) Vide supra pag. 12. n. 3.

(5) Numquid Tajanorum? scilicet gentem hujus nominis memorat S. EPIPHANIUS in Ancorato §.115. ubi longam variorum populorum seriem digerit, sed eorum quoque plerosque nominibus plane incognitis.

(6) Restitue *Ichthyophagis*. Populi sic vocati, quod pisces vorarent.

laeis: sed nunc multo plures sunt, quippe divisi à societate, quam inter se prius habuerant Dibeni [1] ab Ichthyopagis, & Sirindibeni ab Evilaeis. De his autem, cum rursus eorum ad loca ventum fuerit, historica narratione referimus. Mons autem, de quo nunc nobis sermo est, tunc Romanis erat subditus. Smaragdinum [2] vero sic vocatur naturaliter Insula modica, ex adverso sita Beronicae, in qua Portus est Indiae [3] dirigens ad Thebaidam,

C quae

ratene, variis fuerunt in locis, sed hi videntur esse Ichthyophagi, qui a STRABONE post Ophiodem, seu Topazon insulam habitasse dicuntur, & post fauces Arabici sinus, quique in vetusta tabula ad PTOLEMAEI descriptionem comparata collocantur in ora maritima ab Albo portu ad Berenicem usque, CELLARIO docente *Geographiae Antiquae* lib. 4. cap. 1.

(1) *Dibeni* hic dicuntur, qui modo dicti sunt *Diberii*. Cum mihi nullo alio ex loco neque Diberii, neque Dibeni noti sint, utramque lectionem integram relinquo.

(2) Sic ms. Porrò insulae a Smaragdo nomen habentis nemo alius disertè meminit; at cum THEOPHRASTUS in lib. περὶ λίθων pseudosmaragdos, & smaragdos quoque pretiosiores in insula objacente Calchedoni, PLINIUS vero *l.37.c.5.* in monte juxta Calchedonem, qui Smaragdites vocabatur, inveniri doceat, montem hunc in insula a THEOPHRASTO memorata fuisse crediderim, & hanc esse insulam, cujus meminit EPIPHANIUS, quae pariter Smaragdites, aut Smaragdina, aut demum Smaragdinon diceretur. Apud PTOLEMAEUM montis smaragdi mentio est *lib. 4. cap. 5.* & eum collocat inter Nechesiam, & Lepten, cui sequitur Berenice, aut mavis, Beronice. Praeterea notandum est insulam illam ab EPIPHANIO parvam dici, ita ut mirum non sit, Geographos solius montis meminisse, fortassis enim fere uno illo monte tota constabat. Nonnulli editi libri THEOPHRASTI, & PLINII *Carchedonem* pro *Calchedonem* habent, sed injuria, ut SALMASIUS, HARDUINUS, aliique viri docti adnotarunt.

(3) Oppidum, PLINIO teste *l.6. c.29. matris Philelphi nomine* Beronice vocatum propter Arabicum sinum erat ad Orientem in continenti *Aegyptiae* regionis Thebaidos, contra Arabiam, quamobrem celeber portus fuit, unde ex Aegypto in Arabiam & Indiam, & hinc in Aegyptum navigabant.

quae à continenti Terra Thebaida distat unius diei cursu, cum est navigium prosperum, hoc est millibus octoginta. Contigua est autem Beronicae, quae sic appellatur, Regioni Elephantinae [1], nec non & Telmi [2], quae nunc à Blemiis [3] obtinetur. Coruerunt autem Montis hujus metalla, suntque metalla alia in ipsorum Barbaria [4] Blemmiorum juxta Tel-

(1) De Nili insula loquitur apud Geographos celebri, in qua urbem quoque *Elephantidem* dictam extitisse auctor est MELA *lib.* 1. *c.* 9.

(2) De Talmi accipio Aegypti urbe in extremis finibus, ut ex Itinerario ANTONINI constat & OLYMPIODORUS apud PHOTIUM Blemyis conterminam vocat.

(3) Blemmyes intellige, seu mavis, Blemyes, aut Blemmyas, gentem, quam OLYMPIODORUS, ut dictum est, juxta Talmin ponit. Porrò etiam in *Anc.* §. 58. Nilum *Barbarias* alluere, nempe Blemmyarum regionem EPIPHANIUS scribit; quod si ex STRABONE l. 17. p. 786. colligitur Blemyas ex utraque Nili parte habitasse, plures tamen habitarunt certe ab orientali parte, & quidem variis in locis dispersi; sunt enim qui ad Talmin ponunt, & qui ad Catadupa, ut DIONYSIUS, EUSTATHIUS p. 107. & AMMIANUS l. 14. c. 4., & qui infra Meroem ut STRABO, cum quo consentire dicas CLAUDIANUM, & qui socios urbis PTOLEMAIDIS contra Romanos facit ZOSIMUS l. 1. c. 71. PTOLEMAEUS autem sub Molibis ponit, sub Nubis AGATHEMERUS *Geog.* *l.* 2. *c.* 5. & PROCOPIUS, quin etiam hi Blemyes ὑπὲρ Βλέμμυας, alii Blemyes ab AGATHEMERO dicuntur, quod maxime est considerandum, etenim plures igitur fuerunt Blemyes alii Aegypto viciniores, & alii remotiores. ex PROCOPIO tamen colligo propriam Blemmyarum regionem fuisse interiorem illam sub Nubis, & hinc colonias deduxisse Aegypto vicinas armorum vi. Vide PROCOPIUM *lib.* 1. *de Bello Persico cap.* 19.

(4) Quidquid alienum erat ab imperio Romano Graeci Latinique Scriptores praecipue medii aevi Barbariam dixerunt, quamobrem mirum minime est, Blemyarum regionem ab EPIPHANIO Barbariam dici: quod si quis malit ad regionem illam Africae, quae peculiari nomine Barbaria dicta est, regionem Blemyarum retulisse EPIPHANIUM, opus est, ut illud quoque asserat, aut duas gentes ejusdem nominis diversis locis habitantes EPIPHANIUM commiscuisse, illi enim

Telmeos [1] in Montibus constituta [2], quae nunc effodientes Barbari Smaragdos incidunt. Vis autem lapidis hujus in speculandam faciem dicitur, & ab his, qui fabulosa confingunt, praescius esse futurorum.

DE LAPIDE CARBUNCULO.

CArbunculus habet speciem rubricae [3] nimis acutissimae. Nascitur autem apud Carthaginem Libyae, quae Africa vocatur. Alii vero dicunt hunc lapidem sic inveniri: non videri per diem, sed per noctem: procul autem in modum lapidis, vel carbo-

C 2 nis

enim solum Blemyes in Barbaria habitantes dici posse videntur, quos sub Molibis PTOLEMAEUS collocat, cum Barbaria regio fuerit propter Barbaricum sinum protensa inter ipsum Barbaricum sinum & Nilum, ut constat ex PTOLEMAEO, qui Rapctam ejus Metropolim facit, necnon ex AGATHEMERO l. 2. c. 11. & 14., & MARCIANO Heracleota in *Periplo &c.* l. 1. §. 2., aut multo longius Barbariae fines EPIPHANIUM extendisse, & quidem ANASTASIUS Sinaita in *Anagogis super sex dierum opus* l. 3. in eam Pentapolim collocat, regionem nempe PLINIO docente *lib. 5. c. 5. illustratam urbibus maxime quinque Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, Cyrene*, & STEPHANUS quoque eam apud sinum Arabium esse docet. Scilicet unius regionis nomen ad finitimas etiam late non raro transiit.

(1) Legendum videtur *juxta Telmin*, aut *Tabmin*.

(2) HELIODORUS in *Aethiopicis &c. lib. 78. &c.* bellum describit ab Hydaspe Aethiopum Rege cum Persis gestum propter *smaragdea metalla*, τα σμαραγδεια μεταλλα.

(3) Latinis Rubrica est peculiaris quaedam terra ruber coloris ad tingendum apta. Epitome GESNERI habebat Λιθος ἄνθραξ ὄντως ... ξυφοίνικον ἔχει GESNERUS autem reponendum censuit φοίνικα, vel σφοδρῶς. Epitome ANASTASII legit: ἄνθραξ σφοδρῶς ... *Carbunculus est colore Phoeniceo vehementi.*

nis ignis naturaliter ſcintillas emittere, & hora quidem ſicuti carbo ignis accendi, hora vero deſinere; ita ut ſplendorem ejus, qui hunc lapidem quaerunt, eminus intuentes ob hoc ipſum, quod per intervalla comparet, & rurſus extinguitur, eum eſſe cognoſcunt, pergenteſque ad ejus fulgorem, ita reperiant. Sed qui eum portat, eum latere non poteſt. Nam quibuslibet veſtimentis occulat, ſplendor extra veſtimenta conlucet: unde & Carbunculus appellatus eſt, ob hanc ſcilicet cauſam. Parumper autem & Ceraunius ita lapis vocatus, huic videtur eſſa conſimilis: dicunt autem Ceraunium quidam, & Vinarium [1], quod inſtar vini flavi coloris exiſtat. Eſt nihilominus & Calchedonius [2], quem ſic appellant, & ipſe ſpecie proximus lapidibus iſtis, qui in iiſdem loci partibus invenitur. Nec mirum, quod Divina Scriptura in Phiſon eum flumine eſſe pronuntiat, cum poſſit & in Africa reperiri. Fluit enim Phiſon in mare juxta regionem Auſtralem, & Occidentalem Oceanum. Circuit Oceanus univerſum orbem terrarum, ſed in Occidentalem ejus partem Phiſon [3], ut diximus, influit, & idcirco lapis iſte, in Libyae partes advehitur; dicit autem Scriptura

(1) Epitome GESNERI οἰνωπόν.

(2) Etiam Epitome GESNERI habet χαλκηδόνιον quam lectionem hinc patet injuria a GESNERO ſollicitari appoſita voce καρχηδόνιον.

(3) Mira iterum commentatur de Phiſon flumine EPIPHANIUS, ut ea conciliet, quomodo tum apud Carthaginem Carbunculus reperiatur, tum in Phiſon.

ta Divina [1]: *Fluvius egreditur ex eadem ad irrigandum Paradisum, qui inde dividitur in quatuor initia. Nomen uni Phison: iste est, qui circuit omnem terram Evilat, ubi est aurum, & aurum terrae illius optimum; ibi est Carbunculus, & lapis Prasinus.*

DE SAPPHIRO LAPIDE.

SApphirus lapis dicitur in modum purpurae [2], quam Blattam vocitant [3], cujus est prestior species: multa vero genera sunt hujus lapidis; est enim in ipsis regalis auri punctis intermicans, qui non adeo est mirabilis, sicut purus ille lapis, qui per omnia purpurae specie renitet, & hic fortassis esse dicitur in India, & in Aethiopia, propter templum Liberi patris apud Indos, quod habere dicitur, licet incredibile videatur, CCCLXV. gradus, omnes ex lapide Sapphiro. In ornamentis autem suis, & monilibus Reges utuntur eo vel maxime, quia mirabilis est, atque pulcherrimus, & gratiosus: unde & nonnulli vocaverunt eum moni-

(1) Geneseos cap. 2. v. 10. 11. 12. 13. secundum versionem LXX.

(2) Supple *lucere*, *splendescere*. In Epitome GESNERI: λίθος σαπφειρος πορφυρίζων, ως βλαττης πορφυρας της μελαινης ο ειδος. *Lapis Sapphirus purpurascit, ut species Blattae, id est, purpurae nigrae.*

(3) Purpuram nempe optimam: talis enim purpura *Blatta* est olim appellata a *blatta* vermiculo sic a nocendo απο το βλαπτειν dicto, quia apprehensus manum hominis tingit. EGNATIUS in illud Lampridii in vita Heliogabali: *Paraverat igitur funes blatta & serico & cocco intortos*, adnotat, *Blattam* purpuram esse ex Indico Conchylio factam, sed ipsum Tyrium ostrum nomen idem obtinuisse dubitari nequit canente SIDONIO in *Paneg. Majorani* v. 48.

Pontus Castorea, blattam Tyrus, aera Corinthus &c.

monilis ornatum. Pellit etiam dolores, nam si teratur cum lacte medela scabiosis, & ulcerosis efficitur linitus super loca, quae fuerint vulneribus asperata. Scriptum autem est in Lege [1], visionem Mosi in monte veluti super lapide Sapphiro fuisse declaratam.

DE LAPIDE JASPIDE.

JAspis est lapis velut speciem Smaragdi referens, qui apud ostia Thermodontis fluminis invenitur, & apud Amathunta [2], non quae in Cypro

(1) Nempe *Exodi cap. 24. v. 10.* Epitome GESNERI ipsas etiam Legis tabulas ex Sapphiro fuisse insinuās veram EPIPHANII sententiam, ut hinc constat, corruptam exhibet, & illi injuria commentum intexit, quod Hebraeis LYRANUS adtribuit, & invenitur quoque apud SUIDAM verbo *Μωσῆς*. ABULENSIS redarguit Hebraeos etiam quod d xerint Moysem postquam ob peccatum populi tabulas fregerit, collegisse fragmēta, & hinc se ditasse. Ceterum historiam, atque adeo fabulam hanc non dubito ortum duxisse ex eo, quod Deus daturus legem Moysi talis processurit conspiciendus, ut haberet *sub pedibus quasi opus lapidis Sapphirini*, ut legitur *Exodi c. 24. v. 10.* Enimvero Sapphirum tabularum ex Sapphirino Dei throno excisum fuisse aperte dictitarunt Rabbini, & earum pondus fecerunt quadraginta Sata. Vide notas majores DRUSII *tom. 1. Critic. Sacr. &c.*

(2) Locus mirè corruptus. Utraque Epitome habet Jaspidem inveniri apud Amathunta Cypri. Itaque aut *non* oscitanter est additum, aut aliquid aliud oscitanter est praetermissum. Fortassis scripserat S. EPIPHANIUS Smaragdos inveniri apud Amathunta, *non quae trans Jordanem est, sed quae est in Cypro*: Amathus enim oppidum maximum omnium & munitissimum inter ea, quae trans Jordanem erant, a JOSEPHO *Antiq. lib. 13. cap. 13. & de Bello Jud. lib. 1. cap. 8.* memoratur, necnon ab Auctore *de Locis S. Scripturae &c.* De Amathunte autem urbe in insula Cypro celeberrima, unde toti etiam insulae Cypro Amathusiae nomen est datum teste PLINIO, nihil interest dicere, & satis sit recordari, *metalli fecundam* dici ab OVIDIO *Metam. lib. 10. v. 220. & v. 530. Metalli gravida.*

pro est: sed naturaliter Amathusiorum [1] generatio multiplex habetur. Hic vero lapis hanc habet speciem: sub Smaragdo est intervirescens, sed obtunsior, & obscurior, interiusque corpus habet viride ad instar aeruginis aeris. Delectantur autem phantasiae, idest speculationes huic insidere, sicut asserunt, qui fabulosa commemorant [2]. Est & alia Jaspis albidior, quam mare: flore vero, tincturaque pressior [3]: alia vero in speluncis Idae montis, qui est in Phrygia, reperitur similis sanguini Cochleae, sed lucidior magis, & veluti similior vino, & Amethysto rubicundior; non enim sunt unius coloris, ejusdemque potentiae, sed alia quidem rarior est, & albidior, quam aer fumi nimis effulgens, nec impar item ceruleae vibrationis [4], veluti si tempore hyemis de terra vapor, aut nebula

(1) Cod.: *sed naturam littam Mathusiorum*. Restitui prout ab Interprete fuisse scriptum censui.

(2) HIERONYMUS hinc certe mutuatus est, quae habet *lib.15. Comment.* in ISAIAE cap. 54. *Jaspidum multa sunt genera, alius est enim Smaragdi habens similitudinem, qui reperitur in fontibus Thermodoontis fluminis, & vocatur* Grammatias, *quo omnia phantasmata fugari autumant! Alius viridior mare, & tinctus quasi floribus: hunc in Phrygiae monte Ida, & in profundissimis specubus ejus nasci referunt. Alium verò juxta Iberos, Hircanosque, & mare Caspium reperiri, & praecipuè juxta lacum Nausin, Est & alius Jaspis, nivi & spumae marinorum fluctuum similis, & clementer quasi mixto cruore subrutilans.* Hactenus S. HIERONYMUS; monet autem VALLARSIUS in Ambrosiano codice non *Grammatias*, sed Graecis litteris invenisse scriptum ΑΜΑΦΟΥϹΙΟϹ, unde recte conjecit fortassis verum lapidis nomen fuisse Ἀμαθούσιος, siquidem illum ἐξ Ἀμαθοῦντος, quae in Cypro est, inveniri docuerit EPIPHANIUS.

(3) Epitome GESNERI Βαθυτέρα.

(4) Forte *cerulea vibratione*.

bula Austro desinente consurgat. Alia, quae glaciei similis est ab his, qui fabulosa fingunt, phantasiis dicitur esse remedium. Repertum est autem ab Hiberis [1], & pastoribus Hircanorum, qui circa Caspium solum, lacumque [2] consistunt. Est & alter Jaspis, qui vocatur Appalius [3], similis nivibus, aut spumis maris, aut veluti si sanguis lacti misceatur, ut Massagetae potare sunt soliti [4]: hunc ut ajunt, qui fabulosa referunt, bestiae in agro metuunt, aliaque portenta [5].

DE LAPIDE LIGYRIO.

Ligyrii inventionem nequaquam novimus, nec a physiologis, idest naturarum scrutatoribus nec

(1) Horum populorum regionem Iberiam Eoam EUSTATHIUS vocat, & Asiaticam etiam dicunt, ut distinguatur ab Iberia Europaea, nempe Hispania. Nunc sub Georgianorum nomine eos noscimus.

(2) HIERONYMUS & hunc lacum proprio nomine vocat *Nensin &c.*

(3) Epitome GESNERI ἴασπις ὁ παλαιὸς *antiquus*. Sed jure SALMASIUS *in Solinum pag.* 92. corruptum eum esse locum monet. Legendum autem putat Ἰασπις ὀπάλλιος: fortassis tamen aequius foret restituere ἴασπις ὀπάλιος, quod magis respondet numero litterarum vitiosae lectionis, nec non ipsi quidem versioni, quam edimus, licet haec quoque *Appalius* mendosè habeat pro *Opallius*.

(4) STRABO lib. 11. Massagetas succum bibere ex arboreis fructibus expressum narrat: HERODOTUS lib. 1. sub finem *lac*: γαλακτοπόται δὲ εἰσι. *Lac autem potant*. Verum etiam STATIUS Achill. lib. 1. v. 307. cecinit:

Lactea Massagetae veluti cum pocula fuscant
Sanguine puniceo.

(5) Epitome GESNERI: φασμάτων, *spectra*.

nec ab aliquibus antiquis, qui harum rerum curam gessisse referuntur [1].

(1) EPIPHANIUM videtur descripsisse HIERONYMUS in Ep. ad Fabiolam §. 17. ubi legitur: *Scrutatus eos, qui de lapidum, atque gemmarum scripsere naturis, Ligurium invenire non potui*. Nonnullae editiones HIERONYMI habent *Lyncurium*, sed legendum esse *Lygurium*, seu *Ligurium* priscorum codicum auctoritas, ut monet Clariss. VALLARSIUS, necnon ratio quidem ipsa probat: loquitur enim eo loci HIERONYMUS de lapide sic a sacris Litteris appellato, quod si animadvertisset GESNERUS, & ipse profecto vidisset Epitomen, quae pariter habet λιγύριον, veram servasse lectionem, nec minus apte apposuisset in margine, *forte* λυγκούριον. Porrò λιγύριον & λυγκούριον nullo discrimine inter se differre plures sunt arbitrati, licet illud ipsum, quod SS. EPIPHANIUS, & HIERONYMUS asserunt, de Ligyrio nihil adnotatum a Physiologis invenisse, discrimē aliquod probare videretur, cum de Lyncurio ante EPIPHANIUM, & HIERONYMUM locuti fuerint multi, THEOPHRASTUS, ARISTOTELES, AELIANUS, PLINIUS, SOLINUS, DIOSCORIDES, OVIDIUS, aliique. PSELLUS in *lib. de lapidum virtutibus* §. 1. inter lapides ignotos memorat lapidem λιγκύριον. Λιγγύριον, seu λυγγούριον restituendum hic censet MAUSSACUS, sed ipse quidem restituendum putarem λιγύριον, cum hic lapis inter ignotos referri possit, non λυγκούριον, qui lapis tam notus est, quam ille ignotus. Scilicet lapis, quem λιγύριον vocant, primo notus fit ex versione LXX. *Exod. cap.* 28. v. 19. unde mutuatus est etiam JOSEPHUS *lib. Antiq.* 3. *cap.* 7. §. 6. & *de Bello Judaico lib.* 5. *cap.* 5. §. 7. Quinimmo idipsum de quolibet alio auctore Ligyrium memorante censendum est. Omnes de lapide sic dicto apud S. Litteras capi volunt. Verum illud notandum maxime est, ipsum EPIPHANIUM, cum de Lygirio nihil invenerit scriptum apud Physiologos, subdubitantem videri hunc lapidem a Lyncurio, ab eo Lyngurium potius dictum, diversum non esse. Neque vero ratio deest, quominus Ligyrii nomen lapidi Lyncurio obvenerit, si fides SALMASIO *in Solinum pag.* 62. a Liguria illud ortum esse docenti, & Lyncurio datum, quod nimirum in Liguria Lyncurium inveniatur. Sed haec quis credat, cùm Ligyrii nomine usi sint solum LXX. Interpretes? Porrò ut probet Lyncurium in Liguria nasci THEOPHRASTUM laudat. Satius laudare potuisset STRABONEM: hic enim disertè quidem *lib.* 4. *pag.* 202. *aut* 310. *Ed. Amst.* 1707. Lyncurium apud Ligures copiose abundare ait, & illud ab aliis dictum fuisse electrum, φλυαρεῖται δὲ καὶ τὸ λιγγύριον παρ' αὐ-

τοῖς,

Inveni modo autem Laugurinum [1], sic appellatum lapidem, quem nonnulli pressiore [2] locutione Liggu-

ριῖς, ὅ τινες ἤλεκτρον προσαγορεύουσι. *Copiosum est etiam apud eos* (nempe Ligures) *Lyngurium, quod nonnulli cognominant electrum.* At THEOPHRASTUS de succino loquitur, non autem de Lyncurio. Nec favet SALMASIO, quod addit, succinum cum lyncurio confusum fuisse: neque enim THEOPHRASTUS confundit, qui cum docuerit Lyncurium soliditatem lapidis habere, attrahere autem, ut succinum, & ex eo sigilla fieri, addit, illud polire multi laboris rem esse, & deinde, ipsum autem etiam succinum esse lapidem, quod in Liguria sit fossile. Mecum sensisse videtur etiam PLINIUS lib. 37. c. 2. de succino enim agens, & de variis, in quibus gigni dicitur locis, THEOPHRASTUM laudat, eum autem refert, qui cum Lyncurio succinum commiscuerunt, illius nequaquam meminit. Ceterum, quod a nonnullis electrum cum Lyncurio confusum fuerit inficias ire equidem nequeo, cum a DEMONSTRATO electrum tali nomine vocatum fuisse testis sit idem PLINIUS laudato loco, & pro synonimis habeat utrumque nomen HESYCHIUS, & habuisse etiam STRABONEM ex ejus sententia, quam supra retulimus, constet. Verum ex PLINIO pariter colligo nec defuisse, qui Lyncurium ab electro distinxerint, postquam enim de electro multa dixerit, & jam Lyncurium quoque dictum fuisse animadverterit, tandem injuit c. 3. *De Lyncurio proximè dici cogit auctorum pertinacia: quippe etiam si non electrum id esset, Lyncurium tamen gemmam esse contendunt.* Itaque Lyncurium cum electro etiam a THEOPHRASTO, saltem satis apertè, confusum non fuisse iterum iterumque praedico.

(1) Λαγκούριον habet Epitome GESNERI: εὕρομεν δὲ λαγκούριον ὅτω καλούμενον λίθον, ὅν τινες τῇ τραχὴ [illegible] λαγούριον καλοῦσι. Καὶ σχεδὸν οἶμαι τὸ λιγύριον. Εἰώθε αἱ θεῖαι γραφαὶ τὰ ὀνόματα ἑτέρως μετονομάσαι: ὡς τὸν σμάραγδον πράσινον. *Invenimus tamen Lancurium gemmam vocatam, quam vulgari lingua Lagurium appellant. Et forte puto hunc esse Lygurium, quandoquidem Divinae Litterae nomina transposuerunt, ut Smaragdum, Prasinum appellantes.* SALMASIUS *in Solinum p. 63.* haec paulo aliter legit, &, ut ipse ait, ex Cod. vetusto: Εὕρομεν δὲ λαγγούριον ὅτω καλούμενον λίθον, ὅν τινὲς τῇ τραχ[illegible] λαγγούριον καλοῦσι, καὶ σχεδὸν οἶμαι τοῦτον εἶναι τὸ λιγύριον. Nostri Cod. scriptorem perperam scripsisse *Laugurinum* indubium esse debet, suspicor autem ab interprete scriptum fuisse Laggurium, seu Languriũ, cum in Graeco esset λαγγούριον.

(2) Codex hanc ferre vocem vide-

Ligguriorum ¹ vocant, & fortassis arbitror hunc esse Ligyrium, quoniam quidem Divinae Scripturae nonnulla nomina aliter immutarunt, sicut Smaragdum dixere Prasinum, aliisque nominibus alia vocaverunt. Et Liggurus quidem, vel etiam Laggurus ², si ipse sit Liggyrium, rursus ex quo sit loco, nescitur a nobis. Arbitrati sunt autem eum de superiore esse Thebaïda, propter quod affirmant aliquos lapides, ex lapide hoc in aede Ascle-

D 2 pii

videtur, sed cum illa Graeco verbo τραχὺ minime respondeat, & ne sententiae quidem conveniat, barbarum interpretem scripsisse durerim *spissiore*, aut *expressiore*.

(1) Legendum esset *Lagurium* ex descripto epitomes GESNERI loco: sed ex iis, quae sequuntur, legendum potius videtur *Liggurium*, & in Graeco fuisse λυγγυρίων. Scilicet inferius legitur: *Et Liggurus quidem, vel etiam Laggurus, &c.* Alterum hoc nomen τὸ *Langurinum* corrigit, illud primum τὸ *Ligguriorum*. Porro hae conjecturae egregiè ex eo comprobantur, quod certè *Lyncurium* alio nomine *Langurium* fuisse dictum certum sit testimonio etiam PLINII *lib. 37. cap. 2.* Verum vulgatius & frequentius nomen Lyncurium fuit, aut Lyngurium, & quidem ita vulgatius, ut alterius ab uno PLINIO certiores facti fuerimus, cui nunc etiam EPIPHANIUS certe est adjiciendus. Neque vero praeterire decet apud Graecos saepius occurrere nomen λυγγούριον quam λυγκούριον. Illud apud THEOPHRASTUM & DIOSCORIDEM legit SALMASIUS, & habent etiam STRABO & necnon PLUTARCHUS in *L. de Animal. solertia T. 2. p. 952. Ed. Paris. 1624.* & quidem SOLINUS *cap. 2.* illud solum memorat tanquam Graecis familiare: *Graecè Lyngurium dicitur*. Itaque EPIPHANIUS quoque ita scripserat, unde interpres quod alii *Lyngurium* secundum pronuntiandi rationem scripsissent, scripsit *Lyggurium, Lyggurus, Laggurus &c.* utrumque γγ retinens. Sic Priscianus testatur Romanos olim vocem ἄγγελος scripsisse *aggelos*. VARRO autem de L. L. lib. 1. & VICTORINUS de *Orthographia &c.* auctores nobis sunt Graecorum more *Attium* poetam scribere consuevisse *aggnem, aggulum &c.*

(2) JOSEPHUS *Ant.* lib. 3. cap. 8. habet λίγυρος. Numquid λίγυρος, λυγγύριος, λαγγύριος, λυγκύριος &c. substantiva sunt nomina, λιγύριον verò adjectivum subaudita voce λίθος *lapis*, & λυγγούριον subaudita voce ἤλεκτρον *electrum*?

pii [1]; quae sic appellatur, in Memphi Aegyptia reperiri: in quibus sunt veluti notae intermicantes non sicut in Ophite [2], sed habentes puncta juxta Cerinum [3] lapidem sic vocatum. Puncta sunt viridantia ita, ut intelligamus in profundo lapidis hujus venam esse lectissimam. Sed & adhuc lucidius, & speciosius haec petra videtur sumpsisse cognomen. Explanatur enim Liggurus a quodam animali, quod Liggium nominatur, habens colorem pulli bubali, vel buculae rufae, cujus cauda modica est, & habet puncta quaedam viridantia, propter quod & lapis Ligurus idem Liggii cauda vocitatur [4]. Ego autem vehementer admiror, cur Scriptura Divina curans ad ornatum, decoremque pulchritudinis Regalium sertorum, & vestimentorum Pontificalium uti lapidibus preciosis, & non-

(1) Aesculapius, Grecè Ἀσκλήπιος est. Itaque Asclepius in multis quoque Latinis Inscriptionibus apud GRUTERUM dicitur: quin etiam MARTIANUS CAPELLA *de Nuptiis &c.* lib. 2., inquit. *Adscribit Asclepio Graecia medicinam*.

(2) Marmor Ophites hoc nomen habet, quod serpentum instar variis maculis distinctum sit. De eo PLINIUS lib. 36. cap. 7.

(3) Lapis hic, ut opinor, ille est, quem alii *Ceritem* vocant. Vide PLINIUM lib. 37. cap. 10. &c.

(4) Quae hic de Lyngurio memorat Ephiphanius, nunc primum, quod sciam, innotescunt. Porro animal illud, quod Liggium vocat, certè Lynx esse videtur, a qua & alii nomen Lyncurio, seu Lyngurio factum dixerunt, fabulosa tamen ratione, quod nimirum ex Lyncis urina fiat. Vide AELIANUM *Hist. Animal. lib. 4. cap. 17.* THEOPHRASTUM in *lib.* περὶ λίθων PLINIUM *lib. 8. cap. 38., & lib. 37. cap. 2.* SOLINUM *cap. 2.*, & ipsum PLUTARCHUM *de Anim. solertia &c.* ut alios taceam. Ceterum animalia, quae aliis λύγκες sunt, docente SALMASIO pag. 62. ARTEMIDORUS vocat λύγγας, & apud PLUTARCHUM laudato loco λυγγας dici invenio.

& nonnullorum, qui multum erant noti manifestique, commemorans, Carbunculi dico, & Smaragdi, Amethysti, & Achati, Berylli, & Chrysolithi, in horum dinumeratione lapidum non meminerit Hyacinthi, cum sit lapis iste clarissimus, adeoque preciosus, atque mirabilis, ut animadvertamus, ne Ligyrium forsitan hunc Divina Scriptura cognominet [1]. Hyacinthus autem species habet diversas, tanto enim quis invenitur colore profundior, tanto est aliis necessarior [2]. Hyacintho verò, vel Callaino purpureus color est aliquanto consimilis [3]. Unde Divina quoque Scriptura ex Hyacintho, purpuraque Pontificalia vestimenta dicit ornari. Et praecipuus quidem lapis Hyacinthus Thalassites appellatur, eo quod tranquilli maris similitudinem referat. Est & alius, qui vocatur Rbodiaeus [4]: alius Oppalius [5]. Rursus alius Perileutius [6]. Inveniuntur autem lapides isti in

(1) Hinc S. HIERONYMUS in Epistola *ad Fabiolam* §. 17. *Satisque miror cur hyacinthus pretiosissimus lapis in horum numero non ponatur, nisi forte ipse est alio nomine Ligurius. Scrutatus eos, qui de lapidum atque gemmarum scripsere naturis, Ligurium invenire non potui.*

(2) Epitome GESNERI *ἀναγκαιότερος praestantior*.

(3) Aut Hyacinthum cum Callaino confundit, aut vult illum colorem habere haud absimilem a Callaino, & sic videtur vocare gemmam illam, quae Callais dicitur a PLINIO lib. 37. cap. 8.

(4) Epit. GESNERI *ῥόδιος*. Nostrum interpretem invenisse videtur *ῥόδεως*: Utrumque nomen sonat *Roseus*.

(5) In Epitome GESNERI hoc loco nulla est mentio Oppali, sed quarto loco inter varias Hyacinthi species ponit Hyacinthum χαροπὸν sic: ὁ ὀνομαζόμενος χαροπὸς: sed videndus SALMASIUS pag. 779.

(6) Epit. GESNERI *παραλεύκιος*. Restituendum *περίλευκος*.

in interiore barbarie [1] Scytharum. Scythiam verò soliti sunt veteres appellare cunctam Septentrionalem plagam, ubi sunt Gothi, & Dauni [2], Venni [3] quoque, & Arii [4] usque Germanorum, Amazonarumque regionem [5]. Illic igitur interius in deserto hujus magnae Scythiae convallis est profundissima, hominibus prorsus impervia, montibus namque saxosis hinc, atque inde vallatur: ita ut si quis desuper, a summitatibus montium taoquam de muris aspiciat solom convallis, pervidere non possit, sed a profunditate caligo tenebrosa, veluti chaos alicujus occurrat. Igitur qui nituntur à Regibus juxta commanentibus, ad istorum lapidum perquisitionem, secundum dispensationem necessitatis sibi commissae, jugulant agnos, & excoriantes dimittunt desuper e saxis io illud chaos convallis inmensum, lapidesque, ut ferunt, agnorum decoriatorum carnibus adhaerescuot. Aquilae vero in petris sursum morantes accepto carnis odore descendunt, eductosque decoriatos agnos exedunt, & lapides illic in

(1) Vide supra pag. 18. Not. 4.

(2) Epitome ANASTASII οἱ Γότθοι καὶ Δαῦνοι, & alios hic memoratos populos praeterit. Non Dauni, sed Dahae, aut Dasae legendum videtur, & in Graeco restituendum Δάαι, aut Δάσαι.

(3) PLINIUS lib. 4. c. 12. in Sarmatia Europaea Vannianum quoddam regnum ponit. Vide etiam TACITUM Annal. lib. 12. Quid si quis Hunni restitueret? AGATHIAS Hunnos circa Maeotidem collocat.

(4) Fortassis Abii. Scilicet hos populos Septentrionales partes Scythiae habitasse PTOLEMAEUS docet.

(5) Accipe de Amazonibus ad Tanaim. Amazonum historiam ab erudito Florent. juvene Ant. Maria Beninio copiosè illustratam scio, ut edat memoro, & Petri Petiti dissertatione laudatiorem auguror.

in fummis montibus remanent. Damnati ergo, qui per hujufcemodi capturam ad inquirendos praedictos lapides diriguntur, intuentes ubi funt ductae agnorum carnes ab aquilis, eunt illuc, & invenientes lapides afferunt. Omnes lapides isti cujufcunque fub diverfitate coloris affiftunt, cum fint pretiofi, tamen hanc habent efficaciam, ut fuperpofiti carbonibus ignis vehementibus, ipfi quidem minime laedantur, carbones autem protinus extinguuntur. Non folum autem hoc, fed etiam tollens quis ex his lapidibus, & involuens diligenter in orario, vel in aliquo linteo, ponensque fuper carbones ignis manu retinens, ipfe quidem calora cruciabitur, linteum vero, quo lapis eft involutus, & nullo modo laeditur, aut aliqua uftione vexatur. Fertur autem lapis ifte utilis effe mulieribus quatenus onere partus abfque difficultate liberentur. Phantafias autem pellere fimiliter dicitur.

DE LAPIDE ACHATE.

Achates autem lapis eft aeftimatus effe Perileutius [1], qui per Hyacinthum lapidem ponitur. Eft autem fpecie mirabilis; colore caeruleus, exteriorem circulum babens album. Et hic circa Scy-

(1) Ex Epitome [illegible] Latina haec verfio reformari ita poteft, ut fignificet, fuiffe qui putaverit, Achatem eam ipfam effe gemmam, quae Perileucus dicitur, & cujus mentio fuperius facta eft, ubi de Hyacintho. Porrò hic, & laudata Epitome recte habet [illegible].

Scythias [1] invenitur. Est autem in lapidibus istis Achates colore leonino, qui cum aqua tritus, & inlitus super loca, quae morsu contracta sunt, viperae vel scorpii, caeterorumque serpentium venenena depellit. Dico autem Achatem, qui leonis speciem praefert.

DE LAPIDE AMETHYSTO.

Amethystus lapis est: erga suum circulum flammiferum quiddam profundius micat. Splendor autem ejus est albidior, è medio corpore veluti vini flavi speciem referens, qui forma diversus, & hic, ut opinor, in Libyae montibus gignitur. Alter enim Hyacintho mundissimo similis est. Alter vero Amphicochlo [2]. Fit autem ipse in partes Libyae circa litus maris. Hi verò, qui fabulis credunt, ajunt eum praecidere tempestates, & pluvias, cum australes venti perflaverint.

DE LAPIDE CHRYSOLITHO.

Chrysolithus lapis, quem nonnulli Chrysoberyllum [3] vocaverunt, auri fulgorem praefert.

(1) Scythia apud Geographos duplex est, Europaea, & Asiatica.

(2) Etiam Epitome GESNERI: ὁ δὲ ἀμφικόχλῳ, quam lectionem GESNERUS injuria reprobat reponens: θαλασσίῳ vel θαλασσίῳ κοχλῷ vel potius αἵματι κόχλου, ut ipsa legit Epitome, ubi de Jaspide sermo est.

(3) Epitome GESNERI habet χρυσοφύλ-

fert. Fit autem in puteali petra [2]; sic appellatur locus ad litus [3] Achaemenidis [4] Babylonis. Nominant autem, & Babylona, & puteum illum, petrae Achaemenida [5], quod inquiunt, pater Cyri Regis Achaemeneus [4] vocabatur, ut Scriptores aliqui retulerunt [5]. Est autem & Chrysopasus lapis [6]. Hic stomachicis, & colicis, nec non & coeliacis tritus, & epotus saluberrimus approbatur.

DE LAPIDE BERYLLO.

Beryllium, lapis glaucus, id est, marinae tincturae similis, & aeris, Amethysti, & Pe-

E

dero-

φθορον, quod nomen GESNERUS adnotat alias non inveniri, sed Chrysoberyllum. Vere mendosum in hoc loco Epitomen esse, hinc constat.

(1) Epitome GESNERI παρὰ τὸ τεῖχος, *ad moenia*. Epitome autem ANASTASII: παρὰ τὸ χεῖλος.

(2) Epitome GESNERI: *Achaemenitidis* Ἀχαιμενίτιδος.

(3) In ms. erat *petere Achamenide*. Legendum, ut restitui, constat ex Epit. ANASTASII. τὴν τῆς Βαβυλῶνα, καὶ τὸ φρέαρ ἐκεῖνο τῆς πέτρας Ἀχαιμενίδα καλοῦσι. In Epit. GESNERI legitur τὴν τῆς Βαβυλῶνα & τὸ φρέαρ ἐκεῖνο Ἀχαιμενίτιδα καλοῦσιν, ὅτι φασὶν ὁ πάππος Κύρου τοῦ Βασιλέως Ἀχαιμένης ἐκαλεῖτο. *Babylonem enim, & puteum illum, Achaemenitida cognominant, quod dicant Regis Cyri patrem Achaemenem vocatum fuisse.*

(4) In Epitome GESNERI invenitur Ἀχαιμένος, & emendat Ἀχαιμένης. Nostrum tamen etiam interpretem invenisse videtur Ἀχαιμένης.

(5) Cyro patrem fuisse hujus nominis a nemine traditum novi. EPIPHANIUS patrem pro avo posuit. Cyrus Rex Cambysis filius fuit; Cambyses vero Achaemenis. Quod autem Persae dicti sint ab hoc rege Achaemenii, & quod Babylon pro Persica, seu Achaemenia urbe sit habita, ex quo subditione Persarum esse caepit, adeo notum est, ut nihil referat veterum auctoritates ab aliis collectas repetere.

(6) In marg. ms. est: *Chrysoprasus*: & GESNERUS quoque χρυσόπρασος, ubi in Epitome est χρυσόπασος restituendum censuit.

derotia [1] habens speciem, & aquatioris, idest albidioris Hyacinthi. Fit autem ad ima montis, qui vocatur Taurus. Si quis autem voluerit hunc ex adverso Solis opponere, videtur, veluti vitrum, minuta intrinsecus habere perlucida. Alia autem Beryllus pupillis oculorum Draconis est similis: Alia rursus est Beryllus veluti Coralli [2] speciem magis exhibens. Haec Beryllus juxta viam [3] Euphratis fluminis visa est.

DE LAPIDE ONYCHIO.

Onychium lapis flavum nimis ostentat colorem. Delectari vero lapide isto ferunt Regum nuptas [4], & divitum, quae in pocula sua transferentes utuntur hoc lapide. Sunt autem & alii Onychitae, qui aequivoce nuncupantur, idest non veraciter, similes cerae, quae coloris est mellei. Quidam hos ajunt ex guttis aquae consolidari. Onychitas autem naturali ratione cognominant, eò, quòd ungues urbanorum virorum instar sunt marmoris quadam mixtione sanguinis obrube-

(1) De hac gemma appositè ad haec, quae Beryllo tribuit EPIPHANIUS, ita loquitur PLINIUS lib. 37. cap. 9. *Coeunt intus translucida, crystallus, viridis suo modo aer, simulque purpura, & quidam vini, ac croci nitor &c. nec gemmarum ulla est liquidior.*

(2) Epitome GESNERI habet κη- ρὸν cerae &c.

(3) In Gr. textu Epitomes περὶ τὴν ἔξοδον, *circa exitum*.

(4) In ms. legitur *nuptias*, sed Scriptoris certe vitio, nec dubitandum ab interprete scriptum fuisse *Nuptas*. In Graeco enim textu Epitomes GESNERI est τὰς νύμφας &c.

rubescit [1]. Unde nonnulli lapidem marmoreum, qui est ex loco Docimii [2], Onychitem falso nomine vocitant ob albedinis puritatem.

Haec igitur duodecim lapidum, qui in Superhumerali tunc imperati sunt annecti Pontificis, ex diversis Auctoribus, qui de naturis horum dixere lapidum, constat inventio, quorum sicut in vestigare potuimus, tam species, quam loca, nec non & potentias inspectionis eorum interim breviter adnotantes, singulorum lapidum nomina consequenter expressimus. Hic jam nune quaeritur, quibus modis eum ordinem consequentiae, qui est certissimus, & congruens, approbemus. Nam per duodecim Tribus duodecim lapides apponi jussi sunt, ita, ut unus lapis uni Tribui coaptaretur, & ad singularum nomina decernantur singuli lapides. Et siquidem declarasset jussio, cui Tribui quis lapis aptetur, nulla prorsus inquisitio superesset ad indagandam diffinitionem divinitus ordinatam; sed ad exponendam nobis vim lapidum tantummodo studiosa relinqueretur intentio. Nunc autem non est determinatum, sed simpliciter in duobus

E 2 lo-

(1) Hic ipsa quoque GESNERI Epitome in mendo cubat. SALMASIUS tamen *in Solinum* p. 396. ope veteris codicis sic emendat: ὀνυχίτην δὲ αὐτὸν λέγουσι φυσιολογικῶς, ἐπεὶ ὄνυξ τῶν ... ἀνθρώπων μαρμάρῳ ἐστὶ συνερυθριαζόμενος ... τῇ ... αἵματος ἰδέᾳ. Itaque restituimus. *obrubescentes*, aut potius: *quod unguis &c. instar sit marmoris quadā mixtione sanguinis obrubescens*.

(2) Graviter hic errat GESNERUS cum Jola suo, qui verbum τῷ Δοκιμίῳ vertit *ab exploratione &c.*

quod

locis horum lapidum consequentiam, & compositionis eorum speciem fateamur adscriptam, sicut in Rationali, quod super pectus ponebatur Pontificis, & Superhumerali per duos anulos aureos in eo dispositos, qui anuli per extremitates suas Rationale in medio continebant, rursus annexis superioribus anulis, qui erant in Superhumerali Pontificis in utraque humeri parte conserti. Nam & Superhumerale cum esset unum per circuitum uno prorsus orificio claudebatur habens vittam hyacinthinam auro complexam, & hinc a dextris unum anulum, & a sinistris alterum per utramque humeri partem prominentes, anulos ad jugulum Pontificis innectentes, qui rursus ex utraque Rationali parte spectabantur appositi, ita ut perinde connecterentur, & coaptarentur in se se per duos scilicet anulos Rationalis, & duos anulos Superhumeralis, ubi erant catenulae aureae desuper imminentes.

Hoc autem Rationale, sicuti dixi, habebat duodecim lapides sibi congruenter insertos, atque compositos quadrato ordine, qui sic intertexti probantur, ut est subter annexum. Primus ordo

quod scilicet invenerint δοκιμεῖ, & δοκιμεῖν probationem significare. Verum re melius considerata deprehendissent profecto EPIPHANIUM de loco hujus nominis locutum, & invenissent celebre apud antiquos fuisse lapidis cujusdam genus, qui Docimites dicebatur a Docimio Phrygiae urbe, seu mavis pago, utroque enim nomine vocat STEPHANUS: nempe urbem, vocat in ipsa voce Δοκίμιον, pagum vero in voce Σύνναδα STRABONEM describens.

ordo, atque superior a laeva parte Pontificis versus ad dextram hos lapides habebat appositos, Sardium, Topazion, Smaragdum. Oportet enim & hoc diligentius adnotare, unde scilicet incipiebat compositio, & ubi item desinebat: sciendumque est, quod juxta Hebraicarum elementa litterarum ita compositiones istae fiebant. Scribunt quippe Hebraei a sinistris ad dextram cujuslibet rei subjectum ordinem perducentes. Ipsi vero manum subsequentem litteris a dextris habere videntur ad laevam [1]. Erant ergo super Pontificis pectus a sinistris ejus ordines ad dexteram perducentes.

Primus ordo, sicut jam dixi, Sardius, Topazius, Smaragdus; secundus autem Carbunculus, Sapphirus, Jaspis; tertius Ligurius, Achates, Amethystus; quartus, qui & ultimus, Chrysolithus, Beryllus, Onychinus.

Rur-

(1) De hoc Hebraeorū scribendi modo agit HERMANNUS HUGO *de prima scribendi origine &c.* cap. 8. ubi tamen nimis audacter ait: *Porro hanc scribendi rationem Aegyptii ab Hebraeis accepere, ut* HERODOTUS *testatur lib.* 2. Scilicet HERODOTUS hoc unum narrat Aegyptios a dextro in sinistrū latus scribere consuevisse p. 102. Ed. Gronovii Lugd. Batav. ann. 1715. at Hebraeorum nullatenus meminit, & quidem ea scribendi ratio in Oriente pene communis fuit, ut HOLMIUS non dissimulat in *Disputatione de Scriptura &c.* cap. 5. Analect. *Philologic. &c.* CRENII, pag. 46., quinimmo Graecis quoque, Romanisque, & Etruscis, de quibus praecipuè consulendus est Cl. GORIUS Mus. Etrusci tomo 2. pag. 405., eam scribendi rationem non fuisse incognitam docet in libro, quem inscripsit *Delphi Phoenicizantes &c.* c. 10. EDMUNDUS DICKINSONUS *Fasciculo* I. *Opusculorum &c.* CRENII pag. 104. DICKINSONUM in notis ad HERMANNUM HUGONEM neque CHRISTIANUS TROYZ indicium praeterit.

Rursus invenimus eosdem lapides in duabus Superhumeralis partibus positos, in quibus duo lapides catenulis aureis videbantur inserti juxta utrumque latus humerorum, jam non ex diversis lapidibus, sed ex Smaragdo tantummodo, erantque rursus nomina filiorum Israel secundum praeceptum Domini scripta, atque sculpta in duobus istis lapidibus; non tamen evidenter ostenditur, quod nomen in parte dextera Prasini lapidis inscribi debeat, vel quod in sinistra parte, sicut ipse decrevit similiter adnotari; nisi quod prorsus intelligendum est, quia sex nomina scripta erant in sinistra parte, & sex in dextera filiorum Israel. Nec enim poterat unus lapis nomina duodecim Tribuum capere propter rotunditatem suam. Sed nec praecepit Dominus, ut dupliciter inscribantur duodecim Tribus in parte dextera, & in sinistra duodecim; sed simpliciter ait in pressione signaculi filiorum Israel, sicut habet ipsa circumstantia lectionis, quam nunc ad verbum curavimus exprimere, in qua ipsum quoque Pontificatus officium praeceptum est ordinari: sic ait [2]: *Et fecerunt* [2] *superhumerale ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco cum bysso retorta &c.*

Opus

(1) Vide Exod. cap. 36. in Versione LXX., in Vulgata vero c. 39. & vide etiam Exod. c. 28. Notes autem velim lapides, quos LXX. Smaragdos dixerunt, Vulgatam, aliosque interpretes vocasse Onychinos, Josephum Sardonyches.

(2) Sic LXX. in ms. Alex. Ἐποίησαν. Editiones plurimae tamen ferunt: Ἐποίησε fecit.

Opus textile fecerunt illud ; superhumeralia continentia sese ex utrisque partibus, opus textile invicem complectentia se per circuitum. Ex ipso fecerunt juxta ejus facturam, ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocconeto, & bysso retorta, sicut praecepit Dominus Mosi. Fecerunt utrosque lapides Smaragdi, confibulatos, & conclusos auro, scalptos in pressione signaculi nominum filiorum Israel. Et imposuerunt eos in humeros superhumeralis lapides monumenti filiorum Israel, sicut praecepit Moyses [1]. Haec duo loca sunt horum lapidum, & appellationes eorum, quae secundum Tribum praeceptae sunt adnotari. Unus quidem locus est in hoc Rationali, & alter in his [2] quae dicuntur, in hippodromo chabratha [3]..

Opor-

(1) LXX. Κύριος τῷ Μωυσῇ *Dominus Moysi*.

(2) Locus adeo corruptus, ut restitui minime posse videatur. Multa deesse non dubito.

(3) Quid sibi velit hoc loci EPIPHANIUS difficile dictu est, cum neque satis constet, quid significent verba *Hippodromo chabratha*. כברת *Chibrath* ter in Sacris Litteris occurrit: Geneseos *cap.* 35. *v.* 17. ejusdem libri *cap.* 48. *v.* 7. & 4. *lib. Regum cap.* 5. *v.* 19. Vocem ipsam servant LXX. cap. 35. Geneseos scribentes χαβραθα, nec non cap. 5. libri 4. Regum juxta emendatiores libros, sunt enim qui mendose habent διβραθα. Verum Geneseos cap. 48., ut hic EPIPHANIUS, cum voce Hippodromo vocem chabratha conjungunt. Jam vero, ni fallor, inter ea multa, quae hic deesse puto, S. Doctorem exposuisse crediderim, quomodo duodecim Tribus a filiis Jacob nomen acceperint, quas uxores Jacob duxerit, quem filium habuerit ultimum, & his similia, tandemque narrasse quomodo Rachel, Beniamino edito, partus dolore confectam mortem obierit in terra Chanaan, in Hippodromo Chabratha, & sic narrationem confecisse verbis nimirum LXX., ita enim Jacob loquitur laud. c.48.Genes. *Ego autem, quando veni de Mesopotamia Syriae, mortua est Rachel mater tua in terra Chanaan,*

Oportet itaque primitus hanc divisionem, nosse, & ordinis consequentiam, quae secundum aetatem est singulorum [1], idest Ruben, Simeon, Levi, Judas; propter jurgium vero Rachelis, & quae data sit Jacob ancilla Balla, nascitur juxta aetatis ordinem post Judam Dan: statimque de ipsa ancilla secundus editur Neptalim [2]. Deinde per aemulationem Lia vero dedit ancillam viro Zelphan, quae concipiens peperit Gad: dein Aser. Rursus adjecit uxor Lia ut conciperet: quae juxta conscientiam peperit Issachar, exin Zabulon. Novissimè vero de Rachele Joseph nascitur, & deinde Beniamin. Et est ista consequentia, Ruben, Simeon, Levi, Judas Dan, & Neptalim, Gad, & Aser, Issachar, & Zabulon, Joseph, &

naan, appropinquante me ad Hippodromum Chabratha terrae. Ἐγὼ δὲ ἡνίκα ἠρχόμην ἐκ Μεσοποταμίας τῆς Συρίας, ἀπέθανε Ῥαχὴλ ἡ μήτηρ σου ἐν γῇ Χαναὰν, ἐγγίζοντός μου κατὰ τὸν ἱππόδρομον Χαβραθὰ τῆς γῆς &c. Ceterum si vocis *Chibrath* significationem inquirimus *quot interpretes, tot sunt sententiae*, ut bene ait DRUSIUS in vers. 16. laudati cap. 35. Geneseos. AQUILA intelligit *secus viam*, alii *iter quod a prandio ad coenam confici potest*, alii *jugerum* nempe, terrae tractum, quem duo boves uno die arant, alii *multum itineris*, alii *mille passus*, alii *aliam terrae mensuram*, & nonnulli *vernum tempus*. Vocem Hippodromum in textum LXX. Geneseos cap. 48. irrepsisse facile dubitarem ex marginali nota alicujus intelligentis in voce Chibrath spatium, quod equus in Hippodromo percurrebat, neque enim video cur uno in loco LXX. duplicem adhibuissent vocem, duobus vero aliis solummodo vocem Χαβραθά. Scilicet sacrarum literarum textum Grecum, quem nunc habemus sub nomine LXX. licet venerabilis sit, plurimaeque auctoritatis, variis tamen in locis interpolatum deprehendimus.

(1) Geneseos cap. 35.

(2) Sic ms., sed in Graec. non dubito fuisse Νεφθαλείμ.

& Beniamin. Haec quidem prima est compositio juxta aetatis consequentiam.

Cum vero pervenirent de Mesopotamia revertente Jacob in terram Chanaan, secunda fit divisionis enumeratio. Fecit enim Jacob tres turmas [1] discernens proprios filios, & posuit Zelpham, & Ballam duas ancillas faciens unam turmam in primis cum quatuor filiis earum, id est Dan, & Neptalim, Gad, & Aser: in secunda vero turma ordinavit Liam cum sex filiis ejus non jam secundum aetatem, sed secundum matris affectionem; Ruben, dico, & Simeon, Levi, & Judam, Issachar, & Zabulon: ipse vero postremus mansit cum Rachele, & Joseph valde parvulo. Beniamin autem in matris adhuc utero portabatur; & haec secunda discretio compositionis ejusdem numeri comprobatur.

Tertius autem numerus est juxta aliam compositionem divisionis. Incipiens enim Jacob intrare in Aegyptum [2], sicut super annexum est, congregatis in idipsum filiis Liae simul, & ancillae ejus Zelphae, consequenter, velut ex eadem dominae progenitis, ita dinumerantur ipsi: Ruben, Simeon, Levi, Judas, Issachar, Zabulon: & ex Zelpha, Gad, & Aser. Deinde Rachelis filii Joseph, & Beniamin. Ii, qui ex ejus ancilla sunt, Dan & Neptalim,

 Quar-

(1) Gen. cap. 32. & 33. (2) Gen. cap. 46.

Quarta divisio est compositionis, & numeri, quando benedixit Jacob filiis suis cum moreretur [1], oportet enim secundum tempus, & in numeros ipsos annectere. Hic ergo numerus, & hoc tempus insequitur, quando Jacob benedixit, idest: Ruben, deinde Simeonem cum Levi, & Judam, & Zabulon, & Issachar, Dan, & Gad, Aser, & Neptalim, Joseph, & Beniamin.

Dein sequitur quinta divisio de Exodo, cum egrederentur filii Israel ex Aegypto; enumeravit enim eos sermo Divinus dicens [2]: *Haec sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum cum Jacob patre suo; unusquisque cum tota domo sua ingressus est: Ruben, Simeon, Levi, Judas, Issachar, Zabulon*; (deinde Rachelis) *Beniamin*, (deinde Ballae) *Dan, & Neptalim*, (& Zelphae) *Gad, & Aser. Joseph autem erat in Aegypto.*

Dein postea sexta divisio est numeri juxta metationem castrorum filiorum Israel, sicut scriptum est in libro Numerorum [3] ex praecepto Domini. In prima metatione Judas, Issachar, Zabulon. In secunda Ruben, Simeon, Gad. In tertia Ephrem [4], & Manasses, & Beniamin. In quarta Dan, & Aser, & Neptalim.

Rursus septima numeri divisio est, ex ipso Nu-

(1) Gen. cap. 49.
(2) Ex. cap. 1.
(3) Num. 2.

(4) Sic ms. sed in Gr. fuisse Ἐφραὶμ non dubitamus.

Numerorum libro [1], cum juxta praeceptum Domini declarantur, qui debeant esse principes ad offerenda munera Domino. Dixitque: De Ruben Helisur filius Sediur [2]. De Simeone Salamiel filius Surisaddai. De Juda Naason filius Aminadab. De Issachar Nathanahel filius Sogar. De Zabulon Eliab, filius Chaelon. De Ephrem [3] Melcham filius Emiud. De Manasse Gamaliel filius Phadassur [4], De Beniamin Abida filius Gedeonis [5]. De tribu Dan Achiezer filius Amisadai. De Aser Phalthiel [6] filius Ecchra. De Gad Elisaph filius Ragubel. De Neptalim Achire filius Aenan.

Itemque post hanc sequitur octava divisio ex ipso libro Numerorum [7], quando praecepit Dominus, & misit *Moses* principes Tribuum Israel ad inspiciendam terram Repromissionis. Ait itaque de

F 2 Ru-

(1) Puto haec adludere ad caput *Num.* 7. hic enim recensentur principes duodecim Tribuum offerentes Tabernaculo sua dona, licet alio ordine ab eo, quo recenset EPIPHANIUS, recenseantur. Est autem talis: Judas, Issachar, Zabulon, Ruben, Simeon, Gad, Ephraim, Manasse, Beniamin, Dan, Aser, Nephthalim. Ordo servatus ab EPIPHANIO occurrit *Num.* cap. 1. ubi initur numerus filiorum Israel a vigesimo anno, & supra per singulas Tribus.

(2) Apud LXX. *Num.* cap. 1. ex ms. Alex. Ἐδιούρ.

(3) Ib. τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ τῶν Ἐφραὶμ Ἐλισαμὰ υἱὸς Ἐμιούδ. *Ex filiis Joseph, qui Ephraem, Elisama filius Emiud*, aut quemadmodum est in ms. Alex. Σεμιούδ *Semiud*.

(4) Ib. sic etiam ms. Alex. Φαδασσοὺρ sed Vat. Φαδασσούρ. cap. autem 7. ms Alex. habet φαδασούρ, & Vatic. φαδασούρ.

(5) Ib. Γαδεωνί *Gadeoni*.

(6) Ib. secundum Codic. Vatic. & Cod. Alex. Φαγαιήλ, sed cap. 7. si consulis editionem ex Cod. Vat. est Φαγεήλ, Φαγαιήλ autem in edit. ex Cod. Alexandrino.

(7) Cap. 13.

Ruben [1] Samu filius Acchu [2]. De Simeone Sapha [3] filius Suri. De Juda Chaleph filius Jephone [4]. De Issachar Sara [5] filius Joseph. De Ephrem Auses [6] filius Nave. De Beniamin Phalti filius Raphu. De Zabulon Gudihel filius Suri [7]. Filiorum Joseph de Manasse [8] Gelad filius Sudi. De Dan Amihel filius Gamali. De Aser Sachus [9] filius Michahel. De Neptali Hali filius Ulaphi [10]. De Gad Gugihel filius Machi [11].

Nona quoque divisio numeri praecepto Domini datur ex ipso libro Numerorum, cum filiis Israel terra sorte distribuitur [12]. De Juda, inquit, Chalep filius Jepphane [13]; & deinceps enumerantur Principes Tribuum. De Simeone. De Beniamin. De Dan. De Manasse. De Ephrem. De Zabulon. De Issachar. De Aser. De Neptali.

Dein rursus decima numeri divisio est quando

(1) LXX. τῆς φυλῆς Ῥουβὴν. *De Tribu Ruben*, & sic ceterae quoque Tribus nominantur: τῆς φυλῆς Συμεὼν &c. τῆς φυλῆς Ἰούδα &c.

(2) LXX. Σαμουὴλ υἱὸς Ζακχούρ, aut uti est in ms. Alex. Ζακχού.

(3) LXX. Σαφὰτ *Saphat*.

(4) LXX. Χαλὲβ υἱὸς Ἰεφοννῆ. *Chaleb filius Jephonne*.

(5) LXX. Ἰγαάλ, & in ms. Alex. Ἰγάλ.

(6) LXX. Αὐσῆ.

(7) LXX. Σουδί.

(8) LXX. τῆς φυλῆς Ἰωσὴφ τῶν υἱῶν Μανασσῆ, Γαδδὶ υἱὸς Σουσί. Quae verba in Ed. Paris. an. 1628. perperam praetermissa sunt. Ex his autem nostra intelligenda, aut potius corrigenda est versio, & data occasione silentio non praetermittam Joseph Manasse conjungi, ut certa Tribus designetur, duplex enim Tribus Joseph erat, altera Ephraim, & altera Manasse.

(9) LXX. Σαθοὺρ *Sathur*,

(10) LXX. Ναβὶ υἱὸς Σαβί. *Nabi filius Sabi*. In ms. autem Alex. Ναβὰ υἱὸς Ἰαβί.

(11) LXX. Γουδιὴλ υἱὸς Μαχί. *Gudiel filius Macchi*, sed etiam in ms. Alex. est Μαχὶ *Machi*.

(12) Cap. 34.

(13) LXX. Ἰεφοννῆ.

do benedixit Moses [1] filiis Israel praeponens Ruben, & deinceps annectens Judam, Levi, Beniamin, Joseph, Zabulon, Issachar, Dan, Gad, Neptalin, & Aser; & in novissimis iterat sermonem de Joseph: haec sunt milia Ephrem; & haec milia Manasse.

Item undecima numeri divisio probatur, quando praecipitur eis, antequam ingrediantur terram Israel, mox transfretantes Jordanem, stent super duos montes Garizin, & Gebal [2], sex hinc atque inde, ad benedicendum his, qui custodiunt legem, & ad maledicendum his, qui legis praecepta servare contempserint, & est ista contextio numeri; nam super benedictiones consecuti sunt, Simeon, Levi, Judas, Issachar, Joseph, & Beniamin. Super maledictiones autem hi; Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan, & Neptalin.

Duodecima rursus est divisio numeri cum fortiuntur terram possessionis suae [3], & Ruben sorte contingit trans Jordanem, antequam transfretur in terram Israel, & est ista distributio: Ruben, & juxta eum Gad, & dimidia tribus Manasse. Dein transeuntes Jordanem primus Judas accipit, tum Beniamin, dein Joseph ex Manasse, dein Simeon inter Beniamin & Judam locatus, & ut ita dixerim, coangustatus est, quia illis spatia non fuerunt. Dein Zabulon terram consequitur, & Issachar, & Aser,

&

(1) Deut. Cap. 33.
(2) Deut. Cap. 27.
(3) Vide Lib. Josue a cap. 13. ad totum 21.

& Neptalim, & Dan. Levi sane in omnibus dispersus est Tribubus civitates solummodo, & suburbana percipiens.

Rursus tertia decima divisio numeri occurrit ex Zaccharia Propheta [1] sicut dicit: *In illa die plangent omnes Tribus terrae. Tribus domus David super se, & mulieres earum super se. Tribus domus Nathan super se, & mulieres earum super se. Tribus domus Levi super se, & mulieres earum super se. Tribus domus Simeon super se, & mulieres earum super se. Plangentque cunctae residuae Tribus*: & non nominavit: queis nos autem propter suum descriptionis terrae, hanc consequentiam esse perspeximus, ut sit Tribus Beniamin, dein Joseph, Ruben, Gad, Zabulon, Issachar, Aser, Neptalim, & Dan.

Item quarta decima divisio numeri subest ex revelatione S. Joannis [2] qui dinumeravit ex unaquaque Tribu duodecim milia eorum, qui virginitate sanctificati sunt, ait enim: de Juda duodecim milia: de Ruben similiter, exin de Gad, de Aser, de Neptali, de Manasse, de Simeone, de Levi, de Issachar, de Zabulon, de Joseph, de Beniamin. Nusquam vero in hoc loco meminit Dan.

Forsitan autem, & aliis locis [3] numeri aliter invenian-

(1) Cap. 12.
(2) Cap. 7.
(3) Videntur EPIPHANIO excidisse caput 10. libri Numerorum, ubi sacer Historiographus ordinem exhibet, quo gradebantur Israelitae

niantur adscripti; nos tamen istos invenire potuimus, & hae quidem sunt divisiones, quae secundum numerum diverso modo constat esse compositae [1], nunc quidem secundum praeceptum Domini, nunc autem juxta singulorum Principum voluntatem: dico vero Mosi & Hiesu Nave, & qui deinceps eorum successores existere meruerunt. Nec sine Spiritu id actum est, sed, ut voluit, idem Spiritus Sanctus enumeravit, atque disposuit singulas consequentias juxta propriam voluntatem. Revertens, idem de his uno loco breviter, & consequenter edisseram easdemque quatuordecim divisiones, harumque selectiones. Non in vacuum faciam, nec ut Venerationi Tuae haec recensenti, molestus existam; sed ut noveris, quod jam Dei sit adjuvare, ut unicuique Tribui memoratos lapides veraciter coaptare possimus.

Ex

tae post columnam nubis, quae illos praeivit in deserto: & ejusdem libri cap. 26. ubi Israelitae omnes a viginti annis, & supra, numerantur: praeterea libri Paralip. c. 2. quod incipit. *Filii autem Israel, Ruben, Simeon, Levi, Juda, Issachar, & Zabulon, Dan, Joseph, Beniamin, Nephthali, Gad, & Aser*: & ordo, quo filii Jacob recensentur cum quorumlibet eorum texitur genealogia in eodem lib. 1. Paralip. a cap. 5. ad 8. necnon EZECHIELIS cap. 48. ubi unicuique Tribui ea terrae sanctae pars adseritur, quae unicuique contigit Mose & Josue, eam terram inter eos distribuentibus. Quinimo si meminisset etiam cap. 12. lib. 1. Paralip. ubi ii recensentur populi, qui ex unaquaque Tribu secuti sunt Davidem a Saule fugientem, necnon Tribuum, quae memorantur in Debborae cantico *Jud.* 5. ista quoque, ut puto, non praeterisset. Demum tum primo Numerorum capite, tum septimo duodecim Tribus vario ordine numeratas occurrere, animadvertas velim secundum ea, quae dicta sunt *pag.* 43. *Nota* 1.

(1) Bonus interpres graecizat, quod alias quoque facit.

Ex cogitante igitur multum mente, tractantes juxta experientiam hujus electionis, suggerit nobis animus & ipsa consequentia lectionis, qualiter animadverti possit quadratus ordo Rationalis ex appositis lapidibus secundum memorata vocabula. Requiratur jam de singulis numeris sicuti discreta est unaquaeque divisio, qualis ad eorundem lapidum rationem lectionemque sit congruens; & ubicumque quidem dinumeratarum Tribuum statum in locis singulis inspeximus, menteque perpendimus non posse naturaliter, ut numerus quilibet eorum, qui unaquaque divisione numerati sunt, unum nomen minus habens ex Tribubus, appellationi horum lapidum coaptari. Ideoque protinus divisionem secundam rite sustulimus, utpote quae horum lapidum consonantiam habere non possit, propterea quia primos ponat Dan, & Neptalim, Gad, & Aser, hoc est, ancillarum filios, quando mittens Jacob Esau munera in turmam eos primam divisit. Post haec autem filios Liae fecit aliam turmam. Dein filios Rachel turmam tertiam. Nam cum pretiosiores lapides sint in principio Rationalis, porro filii ancillarum inferiores habeantur, & hic primum positi sint, impossibile est eos ad causam Rationalis, in hac numeri parte, congruere, propter quod ita se habere non possit. Item quartam divisionem, benedictionem Jacob, exploravimus, quando moriens filiis benedixit. Habet enim primum, Ruben,

ben, dein Simeon, & Levi simul adjunctos; ita ut ista utriusque copulatio horum lapidum congruentiae videatur obsistere. Ideoque istam quoque sustulimus, cum lapidibus istis accommodari minime possit.

Inspeximus autem & quintam divisionem, quae continet initium egressionis filiorum Israel ex Aegypto, & invenimus eam praeponentem liberarum filios, & ancillarum juxta compositionis ordinem supponentem, facientemque novissimos; & ob hoc quod Joseph in Aegypto constitutus postremus nominatus est, animadvertimus iterum non posse lapides istos memoratarum Tribuum coaptari nominibus; & quod naturaliter Onychinus lapis in persona Joseph interpretari non possit, neque rursus extremus Joseph juxta compositionem Rationalis inseri debeat, nisi quod tantummodo necessitate praeposteratus sit, ut cum undecimus habeatur, hic numeretur duodecimus, juxta cogentem necessitatem compositionis hujus numeri, quam reperimus ordinatam. In Graeca quippe locutione, quae ex Hebraea translata est, Onychinum lapidem duodecimum invenimus positum, atque novissimum, ita ut Beniamin in contemplationem sui modis omnibus adtrahat. Undecimum vero invenimus Beryllum, quem & undecimo Joseph tam juxta numerum, quam juxta contemplationem consequenter aptavimus. Inspicientes

G etiam

etiam Hebraicam Exodum, in qua & Lex probatur adscripta, legentesque de Rationali hoc, in quo clusi erant isti lapides, inveniemus Onychinum lapidem aliter ordinatum. Undecimus positus erat: Beryllus duodecimus, atque postremus [1]. Unde propemodum nobis ambiguitas orta est impedimentum intelligentiae faciens, veluti fictam contemplationem nos in duobus istis, Berylli dico, & Onychini lapidibus attulisset, dicebamque quomodo in supplicationibus, & oratione continua poterat error oboriri, & intellexi, quod dispensante Deo hoc ita peractum est; ut idem Joseph undecimus inter Fratres suos existens, duodecimus inveniretur juxta compositionem hujus numeri, qui eum duodecimum esse declaravit, cum diceret: *Joseph autem erat in Aegypto*. Scientes itaque dispensatione divina, propter veritatis contemplationes Berylli lapidis, quae in ipsum Joseph explentur, coaptari [a], sic est dispositum, ut Beryllus lapis duodecimus poneretur, & ultimus. Nam & Joseph cum inter Fratres undecimus esset, memoratur in hac tamen compositione numeri egressionis filiorum Israel duodecimus, & extremus adscribitur. Itaque prorsus illustratione divina

(1) Vulgata cum textu Hebraico convenit Beryllum duodecimo loco recensens, Onychinum undecimo. Accedunt Paraph. Chaldaica, & textus Hebraeo-Samaritanus, nec non Samaritana versio, licet versiones Syriaca, & Arabica conveniant cum LXX., ut videre est in Bibliis Polyglottis &c.

(a) Locus corruptus.

vina & dispensatione bene admodum relatus est Onychinus lapis in Beniamin, qui in hac dispositione ante Joseph numeratus est: Beryllus autem in Joseph accommodatus ob contemplationes eidem consonantes, quamvis ultimus lapis ipse numeretur, quia sic accidit, & Joseph novissimum scribi, sicut frequenter asserui.

Transgredientes igitur & hanc divisionem respeximus dispositionem sextam juxta dinumeratarum Tribuum consequentiam, & invenimus juxta metationem castrorum Israel quadrati agminis ordinem magis oportere congruere Rationali juxta ternas, & ternas Tribus, sicut in eodem Rationali fas erat cernere, quod quadrati ordinis probatur extare, & erat hoc planissimum, atque symbolicum, idest significativum, propter dispositiones ordinum, consonantiamque castrorum, sed in his separata Tribus, Tribus Levi nobis obstitit. Constitutus est enim Judas, habens secum Issachar, & Zabulon, in uno metationis contubernio: & constitutus est primus ad Orientalem plagam propter significantiam, ut aestimo, Regiae potestatis, & quod Ruben a propria reciderit gloria, quia stratum maculaverit patris, sicut divinis Literis probatur insertum [1]. In secunda vero metatione castrorum Ruben ordinatur cum Simeone, & Gad versus ad mare, ad Occidentem quoque Ephrem cum

G 2 Ma-

[1] Gen. cap. 35. vers. 22., & cap. 49. vers. 4.

Manasse, & Beniamin, qui omnes ex Rachel in una ponuntur metatione castrorum: propter Manassen vero Levi videtur exclusus. Dein ad Aquilonem quartam metationem primitus Dan continet, dein Aser, deinde Neptalim, & cum Levi non invenimus inter eos admixtum, cognovimus nec istam posse descriptionem compositioni lapidum accommodari, ne videatur ei filiorum Israel unum deesse vocabulum. Quapropter & hanc omittentes intendimus divisioni septimae, quam protinus ademimus, quia non eam respeximus compositioni lapidum congruentem. Haec enim juxta Principes Tribuum ad praeceptum Domini constat esse numerata, in qua primus ordinatus est Ruben, dein Issachar, & qui sequuntur. Joseph autem secundò numeratus est propter quod Ephrem in uno numero, Manasses in altero sit locatus; & cum Levi rursus exemptus est, nequivimus numerum coaptare lapidibus propter immutationem Levi, & propter adjectionem unius Tribus, quae in duabus probatur esse divisa.

Dein octavam divisionem, de libro Numerorum, diligenter inspeximus, ubi praecepit Deus, & misit Moses Principes Tribuum Israel ad inspiciendam terram Promissionis, & nec istam reppérimus ad compositionem memoratorum lapidum consonantem, propter quod & Ruben in primis numeratus est, dein Simeon, deinde Judas, exin Issachar,

fachar, & deinceps qui sequuntur, & nusquam Levi mentio facta est.

Transeuntes igitur ad nonam divisionem; & ipsam conspeximus, quae facta est ex praecepto Domini, sicut in libro continetur Numerorum, quando missi sunt principes Tribuum, ut sorte dividerent terram Promissionis filiis Israel; & nec istam similiter ad consequentiam lapidum coaptare valuimus. Invenientes enim Judam primum positum, dein Simeonem. & postea Beniamin; Dan quoque, & Manassen, nec non & Ephrem, & Zabulon, & deinceps Issachar, exin Aser, & novissime Neptalim, & rursus Tribum Levi repperientes omissam, & Joseph dupliciter enumeratum in Ephrem, & Manassem, hanc etiam praetermisimus, & in decimam divisionem intentionem mentis admonuimus [1], nec ipsam quivimus invenire lapidibus consonantem; etenim quando benedixit Moses filiis Israel proponens Beniamin quartum post Levi, dein Joseph, & cum Simeonis nullam intulit mentionē, impossibile fuit eam coaptare lapidibus. Habet autem ita: Ruben, Judas, Levi, Beniamin: dein Joseph, Zabulon & Issachar: deinde Gad, qui est ancillae secundae filius, praepostere positus: dein Dan & Neptalim: dein Aser omnium novissimus, qui & ipse secundae ancillae filius invenitur. Hic etiam, quia numerus imminutus est, Si-

(1) Sic Cod. sed forte restituendum est: *admovimus*.

Simeone praetermisso, fas non erat divisionem istam lapidibus Rationalis posse congruere.

Rursus & hanc praetermittentes in undecimam sollicita prorsus intentione pervenimus, & repperimus ubi praecepit Moyses, ut duodecim Tribus stent ad benedicendum & maledicendum, sex in monte Garizim & sex in monte Gebal, sicut in Deuteronomio probatur adscriptum, quarum divisio talis est: *Stabunt*, inquit, *in monte Garizim ad benedicendum Simeon, Levi, Judas, Issachar, Joseph, & Beniamin: & hi stabunt ad maledicendum in monte Gebal, Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan, & Neptalim.* Liberarum filii probantur hic esse praelati, cumque & ista divisio videtur inconsequens, ad quadratum Rationalis ordinem non ea visa est adsumenda. Veruntamen hanc eamdem undecimam divisionem sollicite contuentes, quae in duas partes videtur esse discreta, sex in uno monte & sex in altero, hanc arbitrati sumus congruere numeris compositionis lapidum Smaragdi, qui catenulis nectebantur, ordinati per utrumque Pontificis humerum, auro & hyacinthina victa conserti, ita ut in his duobus smaragdis inscriberentur nomina filiorum Israel, eo quod unus Smaragdus ob rotunditatem sui duodecim nomina capere non posset. Oportebat autem, & si capere poterat, dextros sinistrosque distingui, & ideo in utroque lapide, posito in dextera scilicet, & sinistra, conscripta sunt nomina, sicuti

cuti in utroque monte Garizim & Gebal Tribus filiorum Israel ordinatae sunt. Qui montes ex adverso sibi cernuntur oppositi in Orientis parte, ubi Hiericho sita est [1], ultra locum Galgalae, ibique referun-

(1) De situ montis Garizim copiosè agunt ANDREAS MASIUS in *cap.* 8. *Josue Critic. Sacr. tom.* 2. *Col.* 211., nec non ROLANDUS *Miscell. p.* 1. *Diss.* 3. §. 5. &c. Prout hic sentit EPIPHANIUS, nec non in *Pan. h.* 9. §. 2. *p.* 25. censere etiam Auctor libri *de loc. sac. Script.*, & PROCOPIUS Gazaeus in *Deut.* nec non inter recentiores JOSEPHUS SCALIGER in Eusebii Chronicon *pag.* 225. *Edit. Amst. an.* 1658. & GERHARDUS MERCATOR apud ANDREAM MASIUM. Critici opinionem hanc falsitatis luculenter coargui arbitrantur ex *Jud. cap.* 9. *v.* 6. & 7. ubi legimus Joatham Gedeonis filium è vertice Garizim Sichimitas ad montis radices versantes allocutum esse. Praeterea apud JOANNEM *cap.* 4. Samaritana mulier ad puteum quemdam non longe ab urbe Sichem positum de templo suo loquens, quod super Garizim fuisse exploratum est ex 2. *Machab. libro cap.* 6. *v.* 2. & ex JOSEPHO *Antiq.* lib. 11. *cap.* 8. §. 2. ait v. 20. *Patres nostri in monte hoc adoraverunt*, & Christus respondit v. 21. *Venit hora quando neque in monte hoc &c.* ex quo loquendi modo montem in conspectu fuisse facile est intelligere. Demum diserte etiam JOSEPHUS *Antiq.* lib. 4. *cap. ult.* §. 44. *lib.* 5. *cap.* 1. §. 19. & *cap.* 7. §. 2. *lib.* 11. *cap. ult.* §. 6. & *lib.* 13. *cap.* 9. §. 1. PROCOPIUS Caesariensis *de Aedificiis &c.* lib. 5. cap. 7. nec non ADRICOMIUS, & BROCARDUS oculati testes Sichimam urbem juxta Garizim jacuisse narrant. Talmudicos auctores duos a MASIO laudatos, qui montes Garizim, & Gebal circiter 60. mille passuum ab Jordane abesse narrant, his accensere possumus: quinimmo ipse etiam HIERONYMUS in *Epitaphio Paulae matris ad Eustochium* hoc ipsum docuerat: *Transivit Sichem, non ut plerique errantes legunt Sichar, quae nunc Neapolis appellatur, & ex latere montis Garizim extructam.* Ne quis autem miretur cur EPIPHANIUS contrarium senserit, errori ansam esse datam creditur ex *vers.* 30. *cap.* 11. Deuteronomii, quem inferius descripturi sumus, & explicaturi. Enimvero etiam in *Panario* S. EPIPHANIUS Deuteronomii auctoritate se tuetur, non praetermittens tamen etiam auctoritatem libri Jesu Nave, de qua pariter alias dicendum est, ubi nimium eam pro se urget. Sed hic addit praeterea, montes Garizim & Gebal, quos inter media erat Neapolis, ita esse sublimes, ut minime apti esse potuerint,

feruntur benedixisse Israel ii, qui in monte Garizim consistebant dicentes: *benedictus qui facit voluntatem Domini*, & vox audiebatur per plana camporum, ubi populus adstabat, & innuebatur ei ut diceret: *fiat, fiat*. Contra vero Ruben & Gad & reliqui cum eis in monte Gebal stantes ajebant: *Maledictus qui non facit omnia, quae scripta sunt in isto libro*, & respondebat omnis populus: *fiat, fiat*. Interpretatur autem fiat *Amen*. Nam voces è duobus montibus istae resonabant. Garizim etiam interpretatur [1] & *mons liberatus*, & *concisio* inco-

tuerint, ut qui ad radices erat populus responderet hominibus sex in vertice clamantibus. Porro cum libellus hic EPIPHANII media hac ipsa de situ montium Garizim & Gebal disputatione deficiat, ne liquet quidem utrum S. Doctor etiam alia pro sua sententia proposuerit argumenta in iis, quae desiderantur, desideranda. Verum cum in *Panario* illud unum proponat, nempe ita esse scriptum *in Deuteronomio*, *& lib. Jesu Nave*, hoc ipsum pro potissimo argumento habuisse jure & merito conjectare licet. Sed ejus Sententia adhuc probabilis videri posset ubi quis probabiliter, & legitime testaretur, duos montes Garizim, & duos montes Gebal fuisse in Palaestina, tunc enim alios ad Jerichunta suo nomine ita dictos, alios vero ad Sichimam fuisse, & sic Samaritanorum errore appellatos, censeremus: sed quis umquam haec tradidit? Quid quod mons quidam è regione Jerichuntis situs *Abaris* dicitur a JOSEPHO *lib.* 4. *c.* 8. §. 45.? GERHARDUS MERCATOR utramque sententiam conciliandam putavit, quod arbitrabatur facile fieri posse, si Garizim fuerit tractus montium ad urbem Hai, & ipsam quoque Jerichunta extensus ab urbe Sichima. Sed hoc utpote nullo legitimo testimonio comprobatum facile rejicitur. Quin etiam, ROLANDO, & MASIO adnotantibus, cum ipsis sacris Litteris *Gen.* 12. minime convenire posse videtur.

(1) Apud S. HIERONYMUM in libro, quem ex PHILONE, & ORIGENE concinnavit, *de interpretatione Nominum Hebraicorum &c.* Garizim sonat: *divisio, sive advena accola, sive advena ejus, abscissiones* &c.

incolatus eorum. Quidam vero putaverunt, qui non diligenter Divinas scrutati sunt litteras, maxime qui de Samaritanis oriuntur [1], ne forte Garizim non sit, qui adjacet Sicimis, quae Sicima & Sichem dicitur, habens ex adverso Sichar [2] Urbem Samaritarum, in quam ingressus est Dominus, unde Samaritana illa mulier egressa invenit eum sedentem apud puteum [3]. Nunc autem Sicima Neapolis appel-

H la-

(1) Audiendus hic est Auctor *de locis sacrae Scripturae*, quisquis ille sit EUSEBIUS, aut HIERONYMUS: *Porro Samaritani arbitrantur hos duos montes* [Gebal & Garizim] *inter Neapolim esse, sed vehementer errant, plurimum enim inter se distant, nec possunt invicem benedicentium, sive maledicentium inter se audiri voces, quod Scriptura commemorat*. Inferius autem, ubi dictum est, Golgol, sive Galgal locum esse juxta Jericho subdit: *Errant igitur Samaritani, qui juxta Neapolim Garizim & Gebal montes ostendere volunt, quum illos juxta Galgal esse Scriptura testetur*.

(2) Itaque urbem Sichar a Sichem distinguebat EPIPHANIUS. Sed Auctor *de locis sacrae Scripturae* non Sichar, sed Sichem ab urbe Neapoli distinguit in vocibus Λυζα, Συχεμ, & Τερέβινθος, ubique Sichem prope Neapolim esse docens. Non uni antiquae urbi contigit primo suo loco moveri, hinc parte urbis lapsu temporis pereunte, & illinc novis aedificiis urbem augentibus, ita ut suburbana in urbem transierint, & urbs suburbanus locus sit factus. Contigitne hoc fortassis & Sichem, ita ut tandem, quum Neapolis diceretur, ab antiquo suo loco distaret? Porro quid si antiquius nomen esset Sichem, quam Sichar, & locus ille eo nomine fuisset dicendus, licet alii & Sichar eum dicerent nomine, quod urbis potius Neapolis proprium erat? Sed est, qui velit ipsam Sichem ab Hebraeis dictam fuisse Sichar vel ex communi dialecto, cui frequentissimum est immutare Litteras, vel ut nomine, quod *mendacium, mercenarius*, aliaque hujusmodi sonare potest, Samaritanis illuderent. Vide LIGHTFOOTUM *Disq. Chorog.* &c. *cap.* 4. §. 4. & RELANDUM in 1. *par. Diss. Miscell. Diss.* 3. *&* *lib.* 3. *de Urbibus, & Vicis Palaestinae &c.*

(3) *Ev. s.* IOANNIS *cap.* 4. ubi S. EPIPHANIUM legisse constat *Si-*

char

latur [1], civitas opulentissima Palaestinorum. Tunc autem Samaria dicebatur [2], atque Judaea. Samaria autem quoniam mons ipse naturaliter cujusdam Somer vocabatur: filium autem habuit iste Samoron, & dictus est mons Somar, & hinc nominis hujus appellatio consecuta est: maxime vero roborata per adventum eorum, quos ad colendum terras illas Rex Assyrius destinavit [3]. Nam quando captivitas accidit Judaeorum, convenerunt Seniores Israel, qui erant tunc in Babylone cum Hesdra Sacerdote, & qui vocabantur Consiliarii, aliique Senes, & oraverunt Assyrium Regem, ut habitatores mitteret in Judaeam, ne terra

char aut *Sychar*, quam lectionem Gr. Cod., Syrus, Arabs, Vulgata &c. comprobant reclamante licet HIERONYMO loco descripto *p.* 55. nec non q. *in Gen. cap.* 45. ubi ait: *Hebraicè Sichem dicitur, ut Joannes quoque Evangelista testatur, licet vitiose, ut Sichar legatur; error inolevit*.

(1) Idipsum docet EPIPHANIUS in *Pan. lib.* 3. *pag.* 1055., & 1068.

(2) Incipit hic longa a proposita oratione digressio, in qua multa narrantur de Samaritanis, quae exstant etiam in libris *adversus haereses*, interdum, ut videtur, ipsis verbis exposita. V. Haeresim 8. §. 8 *pag.* 22. Ea solum, in quibus liber hic cum illis non convenit, adnotabo.

(3) Nusquam hic EPIPHANIUS hunc Regem proprio nomine appellat. In *Panario* Nabuchodonosorem vocat, sed constat ex 4. Reg. c. 17. Salmanasarum fuisse, qui TOBIAE c. 1. apud LXX. Enemessar dicitur, Salmon autem, prout aliqui putant, licet difficile probetur, OSEAE c. 10. v. 14 Reprehendendus cum EPIPHANIO est NICETAS *Thesaur. Orth. Fid. l.* 1. c. 33. ubi de Samaritanis loquens EPIPHANIUM fere ad litteram tacito nomine describit. Verum quid si quis velit nomen *Nabuchodonosor* fuisse omnibus Assyriis Regibus commune, ut nomen *Pharao* Regibus Aegyptiis? Enimvero tres occurrunt Assyrii Reges eo nomine appellati, quorum unusquisque aliud quoque peculiare nomen habet.

terra luxurians sine cultore deficeret. Qui suscipiens eorum salubre consilium [1] direxit ad inhabitandum in locis illis gentes quatuor, idest Cu-

H 2 daeos,

(1) Regem Assyriorum novos in Samariam habitatores misisse ipsorum Israelitarum consilio, quos in Babylonem captivos adduxerat, nescio an sit verisimile, licet EPIPHANIUS idipsum repetat in *Panario* h. 8. §. 8. Libro 4. *Regum cap.* 17. ubi eadem narratur historia, nulla est hujus consilii mentio, & quidem apud Assyrios Reges familiare fuisse videtur, quos sibi subiciebant populos in alienam regionem mittere: ita enim etiam Teglathphalassar populos Damasci incolas in Iberiam misit & Albaniam, ut discimus ex 4. *Reg. c.* 16. *vers.* 9. idemque fuit, qui Ruben & Gad, dimidiamque Tribum Manasse, & Nephthalim aliò transtulit *Reg.* 4. *cap.* 15. *vers.* 29. & *Paral.* 1. *cap.* 5. *vers.* 26. Salmanasar autem non solum Cuthaeis aliisque barbaris Samariam habitandam tradidit *Reg.* 4. *cap.* 17. *vers.* 24. sed etiam Samaritanos jam hinc deportaverat in suas terras *Reg.* 4. *c.* 17. *v.* 6. & *cap.* 18. *v.* 11. Consulendus est etiam AMOS *c.* 9. *vers.* 7. & apud Prophetas tum Judaeis, tum ceteris gentibus non semel occurrit minatio deportationis in alienam regionem. Porro notes velim in Samariam deductos populos ex iis, quos nuper Rex sibi subiecerat, fuisse, conici non temere ex lib. 4. *Regum* cap. 18. v. 34. & in alienas sedes migrare eos voluisse videri eadem de caussa, qua alio translati fuerant Israelitae, ne scilicet novas res facilè molirentur, ut disertè monet S. JOANNES CHRYSOSTOMUS hom. 30. al. 31. in JOANNEM *Operum tom.* 7. p. 177. quinimmo ob id ipsum videtur gentes non ex uno tantum loco deductas in Samariam fuisse, sed ex pluribus, easque sermone, non solum, sed etiam religione diversas. Hoc autem minime obficit, quin credamus barbaros in Samariam deductos fuisse, nè etiam terra illa sine cultoribus sterilis fieret, quod docet EPIPHANIUS cum Sacris Litteris concinens, quae rem ita exponunt *Reg. c.* 17. *vers.* 24. *Adduxit Rex Assyriorum de Babylone, & de Cutha, & collocavit eos in civitatibus Samariae pro filiis Israel, qui possederunt Samariam, & habitaverunt in urbibus ejus.* SULPICIUS SEVERUS Hist. sacrae lib. 1. in Ed. Hornii c. 86. Salmanasarum Assyrios *in hostili solo*, nempe Samariae, *ad custodiam* posuisse, narrat. Utuntur eadem phrasi alii tum ex Latinis, tum ex Graecis Scriptoribus. Scilicet idem fuerat Barbarorum coloniam ad incolendam Samariam mittere, ac mittere ad custodiam.

dacos, & Cuthaeos, [1] & Seppharaeos, [2] & Anagogavaeos, [3] qui ascendentes Idola sua secum, quae tunc unaquaeque gens apud se coluerat, adtulerunt. Cum venissent autem, & resedissent in terra Israel, vocati sunt Samaritani, propter quod Samaritanus *custos* interpretatur, custodiebant enim terram Israel. Postea vero leones, pardi, & ursi consurgentes in eos corrumpebant multitudi-

(1) Cuthaeos, & Cudaeos unã eamdemque gentem fuisse censet PETAVIUS in EPIPHANIUM, qui in *Panario* quoque eos distinguit. Distinguit autem etiam ANASTASIUS Sinaita *quaest.* 45. sed certe nostrum librum prae manibus habens. Porro Graecus textus ANASTASII juxta editionem GRETSERI habet Κυδαίους, Κυθαίους. HERVETUS autem, qui primus, sed tantum Latine, ANASTASIUM edidit, habet *Cutthiaeos, Catthiaeos*, quod quidem ex fide alicujus Codicis fecisse censerem, nisi ea versio alias etiam multis scateret mendis, si ex Graeco Codice, certe ex Cod. inprimis mendoso derivatis.

(2) In Graec. textu ANASTASII ex edit. GRETSERI est Σεφφαραίους, GRETSERUS autem in margine apposuit Σεφαρουαίους. HERVETUS edidit *Sepharuacos*. In *Panario* est Σεπφαρουαίους: & NICETAS *Thes. Orth. Fidei* lib. 1. c. 33. qui certe eum Panarii locum ante oculos habebat, scripsit *Sepharueraeos*, si fides versioni, quae est in Lugd. Bibl. PP. &c. Noster autem Cod. habet *Sepharaeos*. Non est dubium hos populos eos esse, quos LXX. 4. *Reg. cap.* 17. v. 25. adductos dicunt ἀπ' Σεπφαρουαίμ, ut ex Cod. Vat. editum est, & Σεφφαρουαίμ, ut extare aiunt in Cod. Alexand. Verum Cod. Vat. non est constans sibi: v. 31. habet Σεπφαρουαίμ.

(3) In *Panario* juxta editionem PETAVII legitur Ἀναγωγαναίους *Anaganaeos*, quo in loco SCALIGER legendũ censuit, Αναγρὰ Γαναίους: verum PETAVIUS Αυαίους potius restituendum vult, eoque nomine Havaeos dictos censet, cum LXX. Αυαν scribant. Ast ego apud VVALTONUM invenio LXX. scribentes Αια, non Αυαν. NICETAS *laud. loco* legit *Anegoganaeos*. Hic secundum quod ms. habet ita edidi *Anagogavaeos*. HERVETUS quoque in sua versione ANASTASII ita scripsit. GRETSERUS invenit Ἀναγαβαίους, sed in margine & ipse reponit Ἀναγωγαυαίους nescio an ex ipso Cod. Vat. 423. quem ipse consului, ubi p. 270. τοὺς Κυδαίους, καὶ κυθαίους, καὶ σεφαραίους, καὶ ἀναγωγαυαίους.

tudinem, ita ut absumerentur ab eis; [1] pro qua re legati per dies singulos ab incolis, & habitatoribus ad Regem mittebantur Assyrium, quatenus eis de locis ipsis licentiam discedendi tribueret, propter hujusmodi saevitiam bestiarum. Mirabantur autem quomodo potuit Israel ibidem commanere. His autem compertis Assyriorum Rex [a] evocatis Judaeorum Senioribus sciscitatus est ab eis, quomodo possint in loco, quos dudum direxerat, immorari. Qui rectum dantes sine mora consilium, dixerunt nullam posse gentem ibidem residere, nisi Legem Domini Dei custodiat. [2] Qui cum poposcisset ab eis legem, ei protinus obtulerunt. Ipse vero reddens exemplaria, legis authentica penes

(1) JOSEPHUS *Antiq.* lib. 9. c. 14. §. 3. peste novos Samariae incolas fuisse vexatos narrat; frugum corruptione Chronicon Samaritanum: sed standum omnino est Sacris Litteris *lib. 4. Reg. cap. 17. vers. 25.* quibus cum EPIPHANIUS concinit, licet illi solummodo Leonum mentionem faciant. *Cumque habitare coepissent non timebant Dominum, & immisit in eos Dominus Leones, qui interficiebant eos &c.* Huc autem respicit elegans illa paraphrasis R. ISMAELIS, qui Cuthaeos *Leonum proselytos* vocabat, ut legitur in Kiddushin fol. 75. 2. docente LIGHTFOOTO in *Disquisitione Chorographica* Evangelio S. JOANNIS praemissa *cap. 4. §. 1. 2.*

(a) Quod praecipuum in modum adnotare hic juvat, illud est, non eumdem Assyriorum Regem fuisse, qui Cuthaeos in Samariam deduxit, & qui a Leonibus eos liberare studuit; licet etiam Sacrae Litterae rem ita referant, ut utrumque sub eodem Rege accidisse videatur. Scilicet uno in loco ea omnia referunt, quae spectabant ad Cuthaeorum coloniam in Samariam deductam. Ex lib. 1. ESDRAE cap. 4. v. 2. constat sub Rege Asor Haddan Cuthaeos Samaritanos nova Colonia auctos, & legem Moysis doctos fuisse.

(2) Quod Leones in novos Samariae incolas immiserit Deus, hanc affert caussam S. JO. CHRYSOSTOMUS

penes se detinuit [1], quae direxit incolis, & habitatoribus terrae Cudaeis, & Cuthaeis, ac reliquis, cum Esdra sacerdote [2], non Hesdra illo, qui vocabitur Salathihel, cujus erat pater Zorobabel, qui Zorobabel erat filius Jechoniae. [3] Hic igitur Hes-

MUS laud. *Hom.* scilicet, ut *potentiam suam ostenderet, quodque non ob imbecillitatem Judaeos tradidisset, sed propter incolarum peccata.* Quod repetit THEOPHYLACTUS in cap. 4. Jo. ubi CHRYSOSTOMUM expilat.

(1) V. infra p. 66. Ceterû in *Panario* EPIPHANIUS haec solum tradit. Legis exemplum fuisse Regi datum, a Rege Esdram Sacerdotem cum illo ad Cuthaeos fuisse missum, & Cuthaeos Legem accepisse: cetera omnia, quae hic narrantur, silentio praeterit.

(2) Reticet Divinus Historicus nomen Sacerdotis, qui Cuthaeis exemplaria Legis adtulit. S. JOAN. CHRYSOSTOMUS reticet quoque hanc historiam referens *laud. homil.* in JOANNEM; sed EPIPHANIUS Esdram nominavit non solum hic, sed etiam h. 8. §. 8. & repetit in *Anacephalaeosi.* DAMASCENUS quoque in *lib. de Heraesib.* §. 9. & NICETAS *Thes. &c. l. 1. c. 33.* idem nomen habent, haud tamen mirum est, cum uterque EPIPHANIUM exscribat. Illis addendus subit CEDRENUS *in Comp. Hist. &c.* & THEOPHANES Cerameus *hom.* 30. ubi de Samaritanis loquens librum EPIPHANII, quem edimus, ad manus habuisse videtur, & oratorem agens suo elogio hunc Esdram decorat, vocans τὸν θεῖον ἱερέα, ἢ ξένον χρόνον, τὸν ἀρετῇ ἀπαράμιλλον &c. *Divinarû rerum scientissimum, bonis moribus, & incomparabili virtute praeditum &c.* Fuerunt autem qui Lun, non Esdram, vocarunt missum in Samariam ab Assyrio Rege Sacerdotem, & qui contra sacrarum Litterarum fidem, duos Sacerdotes missos fuisse somniantes, Eleazarum quemdam, (TANCHUM fol. 17. 4. substituit R. Sabiam) & Jannaei filium nomine Dositheum eos fuisse, commenti sunt. Dositheus Jannaei filius memoratur etiam ab HIERONYMO in *lib. Adv. Luciferianos &c.* & Sadducaeorum auctorem vocat, sed diu post Aior Haddan tempora ille vixit.

(3) PETAVIUS inveniens Esdram ab EPIPHANIO dici Sacerdotem ad Cuthaeos missum *Animadv. p.* 21. haec scribit. *Non videtur alterum Esdram ab eo intellexisse, qui Helciae filius Legis scriba dicitur. Sed alium tamen, si verum illud est, oportet fuisse.* Etiam FRANCISCUS SCORSUS in notis ad THEOPHANEM n. 4. hunc scriptorem in re chronologica lapsum pronunciat, quod Esdram Cuthaeis missum praedicet, & fatetur non reperire, quo pacto

Hesdras, quem diximus, ascendens Hierosolymam, Pentateuchum tantummodo, id est quinque libros Moysi, detulit eis Veteris Testamenti libros scriptos secundum formam, quam dedit Dominus in monte Sina; quam formam Hebraei *deesion* [1] vocant, quod interpretatur *insculptum*; Nunc

pacto excuset. Verum utrumque auctorem nimis facile hujus erroris reum dici puto, quod nimirum Esdram Cuthaeis missum cum Esdra illo confundant, qui postquã Judaei e Babylone in Judaeam redierunt, sacros Libros restituit. Enimvero EPIPHANIUS distinguere hic voluisse videtur, sed locus aut in mendo cubat, aut certe EPIPHANIUS memoria lapsus est, fuit enim *Esdras filius Saraiae, filii Azariae, filii Helciae &c.* ut legitur *lib. 1.* ESDRAE *c. 7.* Sed potius locũ esse corruptum pro certo habeo, & scriptorem Cod. ex duobus periodi membris incipientibus, *Qui &c.* alterum omisisse, errore in me. non raro, crediderim. Itaque sic, aut non multũ dissimiliter videtur mihi scripsisse EPIPHANIUS: *non Esdra illo, qui Judaeam rediit cum eo populi Duce, qui vocabatur Zorobabel &c.* Porro Salathiel fuit pater Zorobabelis, non hic illius, & Jechonias fuit avus Zorobabelis, non pater. Vide Paral. 1. c. 3.

(1) Nusquam alibi hoc nomen me legere memini, nec facile videbatur de eo aequã ferre sententiam. Porro cum inferius scriptum sit alio modo, nimirum *Deessenon* augebatur, etiam scriptoris culpa, in sententia ferenda periculũ. Homo Hebraicarum literarum peritissimus, & earum in Vaticana Bibliotheca interpres, cui locum hunc ostendi, adnotabat Syriace די צין *De sion* significare, *quod signatum*: די צייר *De siur* autẽ, *quod insculptum*. Porro cum forma litterarum, quae in tabulis lapideis fuerunt impressae, ab Hebraeis vocetur כתב עברי *Chethav Hebri*, *scriptura Hebraica, &* כתב הקדש *Chethav akodesc, scriptura sancta*. considerandum quoque censuit verbo ὅσιον Graecos *sanctum* dicere. Verum de Syriaco verbo hic agi non dubito: verbum enim Hebraeorum EPIPHANIUS refert, *Hebraei vocant*, & praeterea cum interpretatione ponit, *quod interpretatur insculptum*: demum interpretatio nullo pacto ad sanctitatem scripturae Hebraicae refertur. Itaque videtur ex hoc EPIPHANII libro, nos edoceri Hebraeos formam antiquissimam litterarum, quibus Lex scripta fuit in tabulis lapideis, appellare consuevisse antonomastice, *quod signatum*, aut mavis, *quod* *insculptum*

Nunc enim non eadem ſunt elementa litterarum, quibus Hebraei utuntur, librique eorum non ſunt ſcripti juxta veterem formam, quae tunc in tabulis lapideis conſtat inſculpta. Haec igitur forma, quam nunc tenent Judaei, vocatur *Soma birenus* [1]. Samaritani vero ſervant *deeſſe non*, quae forma

inſculptum; neque eſt mirum vocē Hebraicam hic deformatam legi, nam & ſupra, ubi de Bdellio agitur *pag.* 24. Hebraicum verbum בדלח *bedolach* deformatum legitur, ſic *Bodallin*.

(1) Σημερον Latinè ſignificat *hodie*. Fortaſſis in Graeco textu erat σημερινος *hodiernus*. Nimirum Litteras, quibus Eſdras Legem deſcripſit poſt captivitatem, ſi credimus EPIPHANIO, *hodiernas* dicebant Judaei, ut ab antiquioribus diſtinguerent, quibus Lex ſcripta fuit in tabulis illis, quas a Deo Moyſes accepit. Porro Eſdram novis litteris uſum eſſe, cum Legem *reſtauravit*, ut verbo utar TERTULLIANI in lib. *de Habitu Muliebri* c. 3. non ſolus S. EPIPHANIUS hic, ſed etiam HIERONYMUS docuit in Prologo Galeato, ſeu Praef. in lib. *Regum*, nec non EUSEBIUS in Chronico, niſi ipſius HIERONYMI additamentum ſint ea verba, quae ibi leguntur de Eſdra. *Aſſirmatur Divinas Scripturas memoriter condidiſſe, & ut Samaritanis non miſcerentur, Litteras Judaicas commutaſſe*. Id ipſum plures ex Talmudicis confirmare ex VVALTONO ſcimus, *Prolег.* 3. §. 32. ſed hic ex eo ſolum referam, quod in Talmud Babylonico legitur tract. Sanhedrim ſect. 2. *In principio data eſt Lex in ſcriptura Hebraea, & lingua ſancta, poſtea data eſt illis in diebus Eſrae ſcriptura Aſſyriaca, & lingua Aramaea: poſtea elegerunt Iſraelitae ſcripturam Aſſyriacam, & linguam ſanctam, & reliquerunt Idiotis ſcripturam Hebraicam, & linguam Chaldaicam. Qui nam ſunt illi Idiotae? Reſpondet R. Chaſda: Cuthaei. Quae nam eſt ſcriptura Hebraica? Reſpondet iterum Chaſda: ſcriptura Libanaea*. Porro indictum nolo in libro illo Miſchnicarum Legum, qui *Orda puritatum* inſcribitur tract. *de Latione manuum* cap. 4. §. 5. Ed. Surenhuſii par. 6. pag. 490. hoc me invenire monitum: *Targum in Ezram & Danielem polluit manus, Targum Hebraicè ſcriptum, & contra, ut & ſcriptura Hebraica, non polluunt manus, ſed numquam polluunt niſi Aſſyriace ſcripſerimus in pelle, & cum atramento*. R. MOSCHE Fil. Maimonidis haec explanans animadvertit tam ſcripturam, in qua Legem ſui ſcribeant,

forma fuit olim, ut diximus in tabulis impressa lapideis. At Hesdra [1] ascendens a Babylone, volensque discernere Israel a reliquis gentibus, ut genus Hibrahae non videretur esse permixtum cum habitatoribus terrae, qui tenent quidem Legem, non tamen & Prophetas, immutavit pristinam formam relinquens *deessenon*, propter quod ea

I . for-

bant, quam illam, in qua Legem scripsit Deus, Assyriam dici, hanc tamen esse ita dictam propter ipsius excellentiam ab אשר *beatitudines*, ita ut hanc scripturam dicere Assyriam idem sit, ac *beatam* dicere. Constat itaq; etiam R. MOSCHA putasse aliis litteris ab iis, quibus Deus Legem scripsit, Legem suo tempore Hebraeos scribere consuevisse. Quinimmo idipsum ex ipsis quoque verbis descripti Moniti intelligi mihi videtur. Nulla exorta foret dubitatio utrum scriptura Hebraica pollueret manus, nisi Hebraei eam repudiassent. Scripturam Hebraicam vocant Talmudici, quã nos Samaritanam vocamus, ut descripta nos docet auctoritas ex *Sanhedrin*. Porro, ut ex eadem auctoritate quoque constat, distinguendum est inter Linguam & Scripturam, qua Lex scripta fuit, & hoc posito, animadvertamus oportet, Esdram Legem lingua sancta descripsisse minime esse ambigendum, sed solum certare Criticos de litterarum forma, quibus Esdras verba linguae sanctae expressit. Lis sub judice est, neque ego tantus sum, qui possim componere. Quod silere non debeo illud est, eos, qui novis litteris Esdram esse usum volunt, non solum conjecturis agere, sed etiam veterum Scriptorum auctoritate, solummodo autem conjecturis, qui stant ex adverso. Expendere autem ex qua parte conjecturae illae habeantur probabiliores, res est altioris indaginis, & plena periculosae aleae res foret judicare. Praeterea animadvertere juvat, ex hoc EPIPHANII libro, qui primam sententiam tuentur non unum tantummodo novum patronum, nempe ipsum EPIPHANIUM, adeptos esse, sed plurimos; etenim Samariticas litteras, & Hebraeorum vario nomine appellatas fuisse tradit, & ipsa nomina, ut nota refert, quae quidem eorum sententiae optime respondent, luculenterque eam comprobant, atque confirmant.

(1) Esdras hic est, qui cum Zorobabele in Palaestinam rediens Divinos Legis libros deperditos, aut saltem corruptos, seu mavis dicere confusos perturbatosq; restauravit.

forma a Samaritanis praeoccupata jam fuerat [1], ut per hoc Habrahae semen distingueretur a Nationibus reliquis. Sed nos his pervenientes in locis, coacti sumus ob occasionem causae hujus ampliare sermonem.

Erant itaque, qui permanserunt ex gentibus, in terra Israel, pro diversis rebus Samaritani vocati [2]: Primum a Somer, uno ex filiis Cha-

(1) Rabbinorum nonnulli ex iis, qui apud se Legem iisdem exaratā litteris, quibus est digito Dei scripta in tabulis, non habere fallidiunt, Cuthaeis non authenticum librum fuisse datum volunt, ut in hoc libro EPIPHANIUS tradit, sed ejus exemplum scriptum litteris profanis, & comminiscuntur Israelitis ante captivitatem duplex litterarum genus fuisse, saccarum nempe, & profanarum, sacrarum, quarum usus in sacris, & quibus legem scripserat Deus, & ipsi quoque scribebant, profanarum autem, seu civiliū, quae in aliis quibuscumq; rebus adhibebantur, sed quas postquā Cuthaeis legem describere coacti fuere, & illis ad hoc usi sunt, ne esset inter se, & Cuthaeos, seu Samaritanos *consortium*, *& communio in ejusdem Scripturae genere*, abjecerunt, in earum locum substituentes, ad communem usum, litteras illas, quae Rabbinicae dicuntur. Sic R. TANCHUM apud PROCOCKIUM cap. 9. *Notarum in Praef. Maimonidis in libros Mischnaioth* in Ed. a Reinerio curata Lipsiae an. 1705. *p. 339.* ubi agens PROCOCKIUS *de lotionibus Judaeorum*, cum Legis volumina Assyriacè scripta manus polluere Rabbinos putasse monuerit, hac illustrat R. TANCHUM narratione. Verum in tract. *De Lotione manuum* cap. 4. §. 5. cujus verba superius retuli pag. 64. n. 1. non omnia Legis volumina, sed Scripturam Assyriam in pelle scriptam, & atramento manus polluere statuitur. Quod autem spectat ad commentitiam illam litterarum distinctionem in sacras, & civiles, vide VVALTONUM Proleg. 3. §. 34.

(2) ANASTASIUS Sinaita, quae sequuntur, usque ad finem paragraphi refert *Quaest.* 45. ubi ait, ea accepisse *ex Epiphanio ad Diodorum*. Jamvero en novum innuimus locum, unde licet Graecum textum libri EPIPHANII, quem edimus, restituere, in principio tamen ANASTASIUS nonnulla brevius complectitur, & in epitomen redigit.

Chananaeorum, & Pherezaeorum [1], priusquam Habraham Patriarcha ad eamdem terram Divinitatis adveniret, & appellabatur Somer, & Somoron, tam mons, quam omnia, quae montis vicina esse videbantur. Rursus praefatae gentes, ab Assyriorum Rege transmissae, vocatae sunt Samaritani, qui *custodes* interpretantur. Habet autem & aliam contemplationem nominis hujus intentio [2]: propter custodiam, videlicet Legis, quoniam qui missi fuerant, Legis putabantur custodire mandata. Dicit enim Scriptura [3] de ipsis: *quoniam manserunt facientes Legem Dei, & adorantes idola propria*. Cum vero Lex idola nullatenus adoranda praecipiat, quomodo Lex ab eis poterat custodiri? Verumtamen ista causa hinc insinuat intelli-

I 2 gen-

(1) In *Panario* h. 9. §. 1. habet Somer habuisse patrem ex genere τῶν Φερεζαίων, ἢ Γεργεσαίων. *Pherezaeorum, & Gergesaeorum &c.*

(2) EPIPHANIO familiare fuit plura etyma eidem nomini tribuere, & quae hic de Samaritanorum nominis origine docet, repetita invenies etiā in *Panario* h. 9. §. 1. Ceterum rectè primam originem nominis Samaritanorū a Somer repetit, ea enim sola vera est, quam comprobant Sacrae Litterae libr. 3. *Reg. cap.* 16. v. 24. ubi legimus, quod Amri Rex Israel *emit montem Samariae a Somer duobus talentis argenti, & aedificavit eum, & vocavit nomen civitatis, quam extruxerat, nomine Somer domini montis Samariam*. Concinit cum Sac. Litteris JOSEPHUS *Antiq. Jud. lib.* 8. *c.* 12. §. 5. & *lib.* 10. *c.* 9. §. 7. nec non S. JOAN. CHRYSOSTOMUS *Hom.* 31. in JOANNEM. Cetera etyma minus propria sunt, licet illud, quod Samaritae hoc nomine dicti sint fere ac *custodes*, veterum plurimi crediderint, ita enim sentientes eorum Opera consulens invenies ORIGENEM, AMBROSIUM, AUGUSTINUM, GREGORIUM magnū, EUSEBIUM, aliosque, quorum tamen aliqui ad custodiam Legis, alii ad custodiam terrae etymon illud referunt.

(3) Lib. 4. Reg. cap. 17. v. 33.

gentiae modum. Scientes profanissimi Sacerdotes [1] memoratarum quatuor [2] Gentium, cum Hesdras Sacerdos missus advenerit, qui abominabatur idola juxta Divina Praecepta, & quisquis inveniretur serviens idolis lapidibus, jubente Lege, necabatur celeriter, è suis excelsis culminibus idola propria sustulerunt, & occulerunt in monte Garizim, in loco nimis abdito, atque secreto. Fuerunt autem idola

(1) Sacerdotes, qui idola absconderunt, septuaginta fuisse, tradit PROCOPIUS Gazaeus in *Deut.*

(2) Gentes in Samariam a Rege Assyrio missas quinque fuisse ex Divino Historiographo intelligimus 4. *Reg.* c. 17. v. 24. *Adduxitque autem Rex Assyriorum de Babylone, & de Cutha, & de Avah, & de Emath, & de Sepharavim, & collocavit eos in civitatibus Samariae pro filiis Israel.* JOSEPHUS quoque *Antiq. lib. 9. cap. 14. §. 3.* populos in Samariam deductos quinque fuisse diserte tradit, licet solos Cuthaeos suo nomine appellet. NICEPHORUS quoque *Chronologiae tripartitae p. 2. cap. 16.* Cuthaeos solum nominat, & apud Rabbinos nullo fere alio nomine, ac Cuthaeorum appellari solent Samaritani, quod utrum ex eo factum sit, quod maxima coloniae pars in Samariam deductae ex Cuthaeis foret, aut quod Hebraei Samaritanis eo nomine illudere velint secundum suspicionem LIGHTFOOTI *Disq. Chor. &c.* cap. 4. §. 1. videant alii. Verum, quid est, quod S. EPIPHANIUS dicit, fuisse quatuor gentes in Samariam deportatas? Praeterea haud bene convenit cum S. Litteris Cudaeos, & Anagogavaeos recensens, & omittens, qui erant de Babylone, & de Avah, & de Emath. Quid? nec sibi ipsi constans est. Quatuor eas fuisse gentes docet, & quatuor quidem superius memorat Cuthaeos, Cudaeos, Anagogaveos, & Sepharaeos, ex quibus Cudaei, & Anagogavaei in S. Codice nullatenus memorantur; inferius autem & ipse hos praeterit, & praeterea non amplius quatuor, sed quinque gentes memorat, nempe illas ipsas, quas etiam S. Litterae recensent, Babylonios, Cuthaeos, viros Etham, Evaeos, & Sepharum. Mira certe ea est inconstantia, ita ut existimare aequum esse videatur, libros EPIPHANII apprime corruptos ad nos pervenisse, aut ejus sententiam haud probe nos assequi.

idola numero quatuor [1], ficuti habet antiqua traditio. Nam viri Babylonii Deam Sochoth Benith colebant, & viri Chuth Deam Nerigel, & viri Etham Deam Afimath, & Evaei Deam Nebaztharchar [2], & Sapharium, & averterunt cor Samaritanorum docentes eos ad montem Garizin orare; quapropter ubicunque fuerint ad montem fe conver-

(1) Plura funt idola, quae memorantur 4. Regum *cap.* 17. legitur enim, *Viri Babylonii fecerant Sochoth-Benoth, viri autem Chutaei fecerunt Nergel, & viri de Emath fecerunt Afima. Porro Hevaei fecerunt Nebahaz, & Tharthac. Hi autem, qui erant de Sepharvaim combarebant filios fuos igni Adramalech, & Anamelech, Diis Sepharvaim.* De hifce idolis praeter hujus loci *libri* 4. *Reg.* interpretes, agunt SELDENUS *de Diis Syris &c.*, & BEJERI in eum *additamenta &c.*, JO: NICOLAUS in libros CUNAEI de *Rep. Hebr. l.* 2. *c.* 6. *&c.*

(2) Sacrae Literae, ut vidimus, habent *Nebahaz, & Tharthac*: at vero EPIPHANIUS unum & idem numen, & Nebahaz, & Tharthac facit, & Deam vocat. Enimvero etiam MARSHAMUS Tharthac numen cenfuit a Nebahaz minime diverfum. Porro Seppharaeos quoque propria Numina habuiffe, narrat auctor libri *Regum*, nempe Adramalech, & Anamalech, & hic EPIPHANIUS Deam Nebaztharchar Evaeos coluiffe dicit & Saphariu, dummodo forte poft verbum *Sepphariun* non defit aliquid librarii ofcitantia praetermiffum. Ceterum ubi effem certior EPIPHANIUM, quae hoc loci afferit, ita confulto fcripfiffe, ut ad omnia animadverterit, non autem memoria tantummodo fidens fua, ejus a Sacris Literis diffenfionem diluerem, adnotando, unum & idem Numen ab eo forte habitos nonnullos Deos, qui veluti inter fe diftincti apud Sacras Literas recenferi videtur, quod nimirum unum & idem Numen fecundum varias nationes, variis nominibus euique nationi peculiaribus appellent. Scilicet difficile minime foret conjectando probare fub nominibus *Nebahaz*, & *Tharthac* non fecus ac nominibus *Adramalech*, & *Anamelech* Lunam & Solem latere. Quod fi unum idemque fit numen Nebahaz, & Tharthac, nec deeffent conjecturae, quibus fuaderem etiam Adramalech & Anamelech idem Numen fignificare juxta variam potentiam vario nomine appellatum. Sic apud Graecos, Latinofque tergemina erat Hecate, unde VIRGILIUS Aen. *lib.* 4. *v.* 510.

Tergeminamque Hecaten, tria Virginis ora Dianae.

vertentes orant. Qui in Oriente sunt ad Occidentem respiciunt, & qui sunt in Occideote ad Orientem, & qui in Aquilone similiter intendunt ad Meridiem, & qui in Meridie ad Aquilonem montis aspiciunt; ut impleatur Scriptura, quae dicit: *manserunt facientes Legem Dei*, & *adorantes idola propria*. Nam licet ipsi, qui adorant, ignorent occulta in abdito montis idola [1], impossibile tamen est, ut Divina Scriptura juxta rei hujus sententiam mentiatur. Oblata vero nobis est hujus expositionis occasio propter duodecim Tribus, quae in monte Garizin, & in monte Gebal ordinatae sunt, sicuti habet ipsa numeri ordinati discretio. Decepti sunt igitur ii, qui Deuteronomium [2] non intelligentes advertunt, ut aliam scri-

pturam

(1) *Sacrae* Litterae Samaritanos idolorum cultores dicunt, sed minime huic suffragantur narrationi, quod haec idola sub terram defossa essent. JOSEPHUS quoque hoc neutiquam tradit. Sed de Idolatria Samaritanorum videndus omnino est RELANDUS *Diss. Miscel. par.* 2. *Diss.* 7.

(2) Verba Deuteronomii, ad quae hîc S. EPIPHANIUS alludit, exstant cap. 11. v. 30. ubi de montibus Garizim & Gebal dicitur: *qui sunt trans Jordanem post viam, quae vergit ad Solis occubitum in terra Chananaei, qui habitat in campestribus contra Galgalam, quae est juxta vallem tendentem, & intrantem procul.* Porro hic locus est ille, unde concludere posse sibi suadet S. Doctor, Garizim & Gebal, quibus super benedixerunt, & maledixerunt Israelitae, prope urbem Neapolim non fuisse. Nempe nullum fortasse alium locum Galgal dictum noverat, quam illum Jericho, & Jordani proximum, secundum ea, quae legimus JOSUA c. 5. v. 8. nec animadvertit quod hic nondum eo nomine vocabatur, cum Moyses Deuteronomium scripsit. Locus, quem Galgal appellat Moyses, RELANDO &c. Galilaea est, quam sic dici etiã putant JOSUA c. 12. v. 23. ubi inter Reges ab Josue devictos Rex Galgal gentium memoratur.

Sed

pturam sibimet facerent: arbitrati sunt enim montem, qui contiguus est Neapoli, sicut supra retulimus, hunc esse Garizin, qui nimis altus est, qui etiam, qui locatus ex adverso est, quem suspicantur esse Gebal, & ipse vehementer excelsus est; Sicima quippe inter duos montes in convalli sita est[1], hinc inde montium objectione conclusa.

Foce-

Sed volo his reponi posse Regem Galgal gentium memoratum JOSUE 12. eum censendum esse Regem, cujus sub dicione erant loca inter Jordanem, & Jericho, & Regem Galgal dici, quod nimirum regnasset, ubi locus a JOSUE Galgal dictus erat: praeterea in *Deut.* hunc locum eodem hoc nomine Galgal a Moyse per prolepsin appellari, seu potius verba *contra Galgalam* ex additamentis esse, quae Pentateucho facta constat, ut notat CALMETIUS *Diss. in Pent.* quid tum? Enimvero licet daremus haec esse vera, nequaquam tamen satis essent, ut probarent *jure* & *vere* EPIPHANIUM ex *Deut. cap. 11. vers. 30.* colligere montes Garizim & Gebal proximos fuisse Galgal juxta Jordanem. Hebraicum verbum מול quod aliquando sonat *juxta*, aliquando *e regione*, LXX. interpretantur ἐχόμενος *juxta*, sed potius interpretari debuissent *e regione*, *contra*, ut quidem habet Vulgata. Porro in hoc sensu מול & de locis longo intervallo proximus recte dicitur. In *Deut.* initio mare Rubrum committit cum campis Moab, ut optime adnotat MASIUS.

(1) Sic quoque BENIAMIN Tudelensis Sichem in valle inter montem Garizim & Gebal jacere testatur. Concinit PHOCAS quoque, qui Palaestinam duodecimo seculo perlustravit, nec dissentit THEODOTUS apud EUSEBIUM *Praep. Evang. lib. 9. 22.* Porro Sichem *ab humero, id est, loci acclivitate dicta est*, inquit CELLARIUS *Geog. Ant. l. 3. c. 13.* Enimvero ad radices Garizim ita fuisse positam, ut tamen ejus pars per jugum montis extenderetur, ex THEODOTO & PHOCA laudatis colligi posse videtur, néc non fortassis ex HIERONYMO, qui in *Epitaphio Paulae &c.* *ex latere Garizim extructam* dicit. Neque vero praeteribo vallem inter montes Gebal & Garizim jacentem fuisse multo angustiâ THEODOTO eodem teste, ita ut propemodum juncti viderentur vertices utriusque montis; video enim hoc opportune reponi posse ad illud, quod habet Auctor *de loc. Sac. Scripturae descriptus p. 57. n. 1.* scilicet distasse inter se plurimum montes, quos inter media erat Neapolis,

Fecerunt autem Samaritani, qui in civitate ipsa commanent gradus in monte, & templum quodam in edito construxerunt, ut, sicut diximus, sursum in monte orare videantur, quem Garizin ipsi vocant juxta quandam oblivionis incuriam [1], non juxta fidei rationisque veritatem. Nam liber aliter habet historiae. Sed hi falluntur, qui id quod est, non diligenter aspiciunt. Denique montes isti adeo sublimes, & altissimi comprobantur, ut nemo sursum loquentem in convalli possit audire. Quomodo ergo principes Tribuum, qui sursum erant sex homines de tanta sublimitate vocem suam populis auditam facere poterant, ut, qui deorsum stabant, responderent: *Amen*. Super mille namque pas-

his, ita ut esse non possint montes Garizim & Gebal, quibus super alterno cantico benedixerunt & maledixerunt Israelitae, cum invicem audiri non potuissent.

. . . . ὧδι ποτὶ δ' ὄρεα λαχνήεντα
ποινῦσιν.
Ἔξαυτις δὲ μάλ' ἄγχι δύ' οὔρεα φαί-
νετ' ἐρυμνὰ,
Ποίης πλήθοντε καὶ ὕλης. τῶν
δὲ μεσηγὺ,
Ἀτραπιτὸς τέτμηκ', ἀραιὴ αὐ-
λῶνας. (*tice montes*
. . . . Tecti juncti prope ver-
Hinc gemini excipiunt, herbasque nemusque ministrant.
Quos inter raro angustus discrimine callis
Rumpit iter.

THEODOTI auctoritas de angustia vallis inter Garizim & Gebal jacentis comprobari potest recentis scriptoris auctoritate, hoc ipsum enim narrat oculatus testis MORISON &c. *Voyage &c. l. 2. c. 10. p. 238.*

(1) PROCOPIUS Gazaeus blanditus sibi est, nosse etiam tempus, ex quo montem prope Sichem Garizim vocari coeptū est, inquit enim, nomen Garizin *robur adeptum esse suum post tempus illud, quo ab Assyriorum Rege coloniae in eam terram ductae sunt*, ejus autem proprium nomen fuisse *Somoron*, & ita imprudens non distinguit montem, quem super aedificata erat urbs Samaria, a montibus, inter quos sita erat urbs Sichem.

passus eminet altitudo montis aut amplius [1], habetque grados plurimos, &, ut ajunt quidam, mille quingentos, & supra [2]. Per hoc igitur, quod possibile non est, ut audiatur deorsum vox eorum, qui sursum sunt, protinus arguuntur montes isti non esse, quos Scriptura Divina significat. Tum consequentia libri Hiesu Nave manifestat, quando

K ad

(1) Mons Garizim adeo sublimi vertice erigitur, ut Rabbini Samaritae commenti sint, non esse immersum in aquis, quando illae universam terram longe lateque diluviarunt, ut legere est in *Bereschith Rabba Parascha* sect. 32. 5. 16. & *Elleh haddebharim Rabba, Fol.* 292. 2. 3. Loca referuntur a LIGHTFOOTO in *Hor. Hebr. in Jo. cap.* 4. *v.* 20. & *v.* 25. Verum quicquid de hoc sit, falsum enim omnino esse dubitari nequit ex *cap.* 7. *Geneseos vers.* 19. insignis certe altitudinis esse Garizim neminem fugit, & JOSEPHUS quoque *Ant. lib.* 11. *cap.* 8. §. 2. *ceterorum montium in Samaria altissimum* vocat.

(2) Quod per quosdam gradus pateret adscensus ad verticem Garizim etiam nummi veteres fidem faciunt, quorum duos ex VAILLANTIO de *Numismatibus aereis Imperatorum &c. in Coloniis & Municipiis percussis* par. 2. pag. 244. & 263. Ed. Paris. an. 1688 hic adponimus. Alter ad Philippum Seniorem spectat, alter ad Otaciliam Severam.





Versi enimvero tot eos gradus fuisse quot putat EPIPHANIUS, aut mille sexcentos & unum, quot ait PROCOPIUS Gazaeus in *Deut.*, minus credibile esse videtur; praesertim vero si vallis inter duos montes jacens, ubi urbs extendebatur, angusta multum erat, qualem describit THEODOTUS superius laudatus. Itaque longe verisimilius loquitur *anonymus* Auctor Itinerarii veteris Jerosolymitani, qui eos gradus fuisse trecentos asserit, adnotante RELANDO *Palaestinae &c. lib.* 2. *c.* 35.

ad Orientalem plagam Hiericho duos illos montes esse commemorat [3], id est Garizin, & Gebal: Orien-

(3) EPIPHANIUS, qui nullum alium locum nomine Galgal novisse videtur, quam illum Jordanem inter & Jericho, sic appellatum, postquam in eo Israelitae circumcisi sunt JOSUE 5. *vers.9.* haud mirum est, quod dicat, ex libro JOSUE colligi, montes Garizim & Gebal Orientales esse Jericho, cum eos juxta Galgal positos dicat Moyses *Deut.* 11. *v.* 30. Certe constat ex dicto capite libri JOSUE, nec non ex c. 4. v. 19. Jerichunti Orientalem fuisse locum illum, post circumcisionem populi in eo peractam, Galgal dictum. Porro etiam in *Pan.* EPIPHANIUS ex libro JOSUE constare monet Garizim & Gebal ad Sichem non fuisse. PETAVIUS in margine laudat JOSUE *cap.* 8. quod crediderit, ut puto, eam sententiam amplexatum esse EPIPHANIUM, cum animadverterit, quod laudato capite statim ac narratum est urbes Jericho, & Hai fuisse captas, earumque gentem & Reges caesos, subjicitur, tunc aedificasse Josue Altare Domino in monte Gebal, & peractam esse imperatam a Moyse caeremoniam rogandi Deũ bona super Garizim studiosis legis, mala vero contemptoribus super Gebal. Enimvero hunc quoque S. Doctor postulare poterat suae sẽtentiae favorem. Verũ ex hoc ejus libro περὶ λίθων patet, illum postulasse secundum eam, quam exposuimus, animadversionem. Ceterum aut ex *Deut.cap.*11.*vers.*30. illud solum probatur, quod e regione Galgal Jerichuntis fuerint Garizim & Gebal, & nullo modo quod fuerint illi proximi, aut certe Galgal, de quo illic mentio est, alius locus est ab eo, qui erat inter Jordanem & Jericho. Qui plura vult MASIUM adeat, & RELANDUM; conjecturas hic ego meas tantummodo afferam. Certum est ex *Deut. cap.* 11. *v.* 31. Moysem jussisse, ut Israelitae, cum ingressi forent in terram promissam, ponerent benedictionem super montem Garizim, & maledictionem super montem Gebal, verisimile autẽ minime est, quod Josue mandatum hoc non fecerit ubi primum potuit. Quid itaque fecit deletis urbibus Jericho & Hai *Jos.* 8.? Si montes Garizim & Gebal in Galgalis erant ad Orientem Jericho, cur statim ac Galgalis venit *Jos.* 5. non fecit? Certe ab Jericho urbe omnium proxima nihil erat timendum, erat enim ipsa timore plena, ideoque clausa, & munita *Jos. cap.* 6. & quidem ab ea nihil timuisse Josue illud nos facit certiores, quod ibi circumciderit populum; & fecerit Phase *Jos.* 5. *v.* 8. & 10 Quid igitur? quid? nempe erant montes Garizim & Gebal trans Jericho, & Hai, & idcirco solum his deletis potuit Jo-

rientalis autem plaga Hiericho sita est juxta Galgal, qui est locus Galgalae [1]. Sicima vero ad partem est

Josue eos usque progredi (erant enim vicini) & Mosis mandata ibi peragare. Attamen inde statim retrocessisse videtur ad Galgal, namque his auditis cum ceteri Reges trans Jordanem ad arma conclamarent, Gabaonitae vero foedus cum Hebraeis percutere vellent, hi perrexerunt ad Josue, *qui tunc*, verba ipsius JOSUE sunt, *morabatur in Castris Galgalae*. Nimirum utpote bonus Imperator Galgalis castra posuerat, erat enim locus hic juxta Jordanem, trans quem morabantur in urbibus tribus munitis Gad, Ruben, & dimidia tribus Manasse, quas ad se evocare, vel ad eas se recipere poterat, ubi eum premerent Chananaei. Enimvero tum etiam cum Gabaonitis, quos quinque Reges Chanaan oppugnabant, auxilio venit, ex Galgalis processit *Jos.* 10. v. 7. *reversusque est inde ad locum Castrorum in Galgala* v. 43. & etiam cum postea multa alia bella gesserit, Regesque triginta & unum jam ceciderit, & Chanaan jam bello subactam, subigendamque distribuit, in Galgal erat *Jos.* 14. v. 6. Porro neque est fortassis contemnendum ad sententiam EPIPHANII, de qua agimus, confutandam argumentum, brevissimum intervallum, quod Galgal interest & Jericho. Scilicet Galgal erat ad Orientem Jericho *Jos.* 4. v. 19. & jacebat *in campestribus* illius *Jos.* 5. v. 11. ita ut ab ea duo millia passuum tantummodo distaret testibus S. HIERONYMO voce *Galgal*, & PROCOPIO Gazaeo in *Deut.* &c. Quid itaque potuit EPIPHANIUS in suspicionem saltem non venire, ne forte erraret putando, quod inter Jericho & Galgal Garizim & Gebal essent, praesertim cum eos altissimos montes esse non ignoraverit? Mirum hoc magis est, quod Sac. Litterae aperte dicant Galgal fuisse in *campestribus*. Demum satis amplam ad utrumque Jordanis latus fuisse vallem quod potuit EPIPHANIUS non animadvertere: praesertim cum ea loca peragraverit? V. *Panar.* p. 133.

(1) Cod. sic. Numquid autem putabat EPIPHANIUS, & urbem, & Provinciam, Galgal nomine, fuisse ad Orientem urbis Jericho? Verum ejus sententiam corruptam potius fuisse reor aut ab interprete, aut a librario. PROCOPIUS Gazaeus, qui certe omnia illa, quae de montibus Garizim, & Gebal habet, ex hoc libro mutuatus est, nunc EPIPHANII sententiam in compendium redigens, nunc ipsis plane verbis referens, hunc ipsum locum describere videtur, cum ait: *Habet insuper etiam series libri Josue, quod duo isti montes ab Oriente Jerichuntis siti fuerint, ubi locus quoque Galgala, qui ab urbe ad secundum lapidem distat. Sichi-*

Aquilonis Hiericho, in Occidentem vergens, distans ab Hiericho millibus quinquaginta duobus [1], ...

CETERA DESIDERANTUR.

chima vero ad Septentrionem & Occasum Jerichuntis vergit magis, ac ad quinquagesimum secundum lapidem ab ea distat.

(1) Hactenus codex Vaticanus, & qui ex eo sunt descripti. Epitome a GESNERO edita statim ac per compendium retulerit, quae sanctus EPIPHANIUS de duodecim lapidum Rationalis natura, colore, virtutibus &c. commentatus est, subjicit commentarium quemdam de Adamante, quem, ut habet titulus scripti, summus Hebraeorum Pontifex gestabat ter in anno ingrediens in Sancta Sanctorum: & postea ad lapides Rationalis redit singulos singulis filiis Jacob accommodans sic. Παῖδες Λείας δ. Ρουβὶμ, σάρδιον. Συμεὼν, τοπάζιον. Λευὶ, σμάραγδος. Ἰούδας, ἄνθραξ. Παῖδες Βαλλᾶς β. Ἡ Βαλλὰ παιδίσκη ἦν τῆς Ῥαχήλ. δι' ὅπερ οὐκ ἔτικτε, δέδωκε τῷ Ἰακὼβ αὐτὴν γυναῖκα πρὸς τὸ ποιῆσαι παῖδας. εἰσὶ δὲ οὗτοι. Δὰν, σαπφείρος. Νεφθαλεὶμ, ἴασπις. Παῖδες Ζιλφᾶς β. Ἡ Ζελφὰ παιδίσκη ἦν τῆς Λείας, καὶ δίδωσι τῷ Ἰακὼβ γυναῖκα πρὸς τὸ ποιῆσαι παῖδας. εἰσὶ δὲ οὗτοι Γὰδ, λιγύριον. Ἀσὴρ, ἀχάτης. Παῖδες Λείας β. Ἰσαχὰρ, ἀμέθυστος. Ζαβουλὼν, χρυσόλιθος. Παῖδες Ῥαχὴλ β. Ἰωσὴφ, βηρύλλιον. Βενιαμὶν, ὀνύχιον. *Filii Liae quatuor: Ruben, Sardium: Symeon, Topazium Levi, Smaragdus: Judas, Carbunculus: Filii Ballae duo. Balla ancilla erat Rachelis. Haec autem, cum non pareret, dedit eam Jacobo in uxorem, ut filios ex ea susciperet: nati autem sunt ex ea: Dan, Sapphirus: Nephthalim, Jaspis. Filii Zelphae duo: Zelpha erat ancilla Liae. & dedit eam Lia Jacobo in uxorem, ut ex ea filios procrearet: sunt autem hi: Gad, Ligyrion: Aser, Achates. Filii Liae duo. Isachar, Amethystus: Zabulon, Chrysolithus. Filii Rachelis, duo. Joseph, Beryllion: Beniamin, Onychium.* Itaque haec ipsa fortassis fuit ratio, qua tandem singulos Rationalis lapides singulis Tribubus S. EPIPHANIUS accommodaverat, sed utrum S. EPIPHANII sit etiam commentarius ille de Adamante, an Epitomes auctor aliunde transtulerit, certo scire non possumus, mallem tamen EPIPHANII non esse, cum multis erroribus scateat, quos notare non praeterit BRAUNIUS *de Vest. Sacerd. Hebr. lib. 2. c. 20. §. DCXXVIII.* Ceterum, quae certo deesse scimus, haec sunt. Deest sententia S. Doctoris de potiori ratione accomodandi lapides Rationalis duodecim Tribubus, & desunt animadversiones ex ipsorum lapidum contemplatione habendae ad pietatem fovendam; utrumque enim in Epistola, ut ajunt, nuncupatoria ad Diodorum pronuntiatur.

INDEX
RERUM.

A

B

E

F

G

Isi-

L

M

N

Sma-

O

P

Q

R

S

T

 The-

V

Z

F I N I S.

Impri-

Imprimatur.

Si videbitur Rmo Sacri Palatii Apostolici Magistro.

F. M. Arch. Tarsi Vicesg.

ADPROBATIONES.

Mandante Rmo Patre Magistro Sacri Palatii Apostolici legi ea, qua par erat, diligentia Opusculum *S. Epiphanii de Gemmis* XII. *&c.*, atque eruditissimas in illud Notas, nec in ipsis inveni, quod Catholicam Religionem, bonosque mores offenderet.

Ego Johannes Bottarius ita testor.

Librum *S. Epiphanii de duodecim Gemmis &c.* Latine versum, nunc primum e tenebris erutum, Notisque egregiis illustratum cura & studio Clarissimi Viri Sac. Theologiae Doctoris Petri Francisci Fogginii Presbyteri, quum jussu Rmi Patris Sac. Palatii Apostol. Magistri expenderim, ac nihil in eo repererim, quod Catholicae Fidei, vel bonis moribus adversetur, dignum censeo, ut publica luce donetur ad Litterariae Reipublicae utilitatem, tum ob notitiam novi hujus Operis, tum ob eximiam expositionem, qua opus ipsum laudatissimus Auctor aliis Operibus celebris exornavit. Datum Romae Idibus Decemb. MDCCXLIII.

Josephus Catalanus Presbyter.

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Ridolfi Sacri Palatii Apostolici Magister Ord. Praedicatorum.

ERRATA.

Pag. xv. lin. 10. *sed in illo, quo &c.* Lege: sed in illo codice, quo &c. P. xx. lin. 27. *qui eo libro usos esse &c.* L. quos eo libro usos esse &c. P. xxi. lin. 33. *Demum multi &c.* L. Demum multos &c. P. xxvi. lin. 21. *facielle &c.* L. facile &c. P. 7. nota 2. ΑΛΑΒΕΤΡΙΤΩΝ. L. ΑΛΑΒΑΣΤΡΙΤΩΝ. P. 13. n. 1. *heraeticus &c.* L. haereticus &c. P. 13. n. 2. *Affrica*, L. Africa &c. P. 17. n. 2. *cui*, L. quam P. 21. n. 3. *ἀπὸ ω*, L. ἀπὸ ὦ. P. 23. n. 2. *plantasmata*, L. phantasmata. P. 28. n. 4. *Ephiphanius*, L. Epiphanius. P. 39. n. 3. *confectam* L. confecta. P. 44. n. 8. *Joseph Manasse &c.* cum Manasse. P. 46. n. 3. *gradebantur*, L. gradiebantur &c.